Exercitationes Plavtinae

Alfred Fleckeisen

LP 56.57

Harvard College
Library

FROM THE FUND GIVEN BY
Stephen Salisbury
Class of 1817
OF WORCESTER, MASSACHUSETTS
For Greek and Latin Literature

Digitized by Google

Q. B. F. F. F. Q. S.

VIRO ILLVSTRISSIMO

CHRISTOPH. GUILIELMO MITSCHERLICH

DIEM NATALEM

PIE GRATVLANTVR

SEMINARII REGII PHILOLOGICI

SODALES

A. D. XII. KAL. OCTOBRES A. MDCCCXLII.

INSVNT

ALFREDI FLECKEISENII

HELMSTADIENSIS

EXERCITATIONES PLAVTINAE.

GOTTINGAE

TYPIS EXPRESSIT OFFICINA DIETERICHIANA.

Digitized by Google

C 26.707

1863, Aug. 28.
.28
Salisbury Journ.

Digitized by Google

Quam nostra dudum, uir uenerabilis,
Nasci uolebant uota flagrantia
Diem auspicatam, cui dederunt
Fata uirum genuisse talem,

En clara lucet: nec mora, TE simul
Adimus omnes, discipuli TVI,
Quae pectus occulto fouebat,
Illa palam TIBI prodituri.

Toti TVI nos: iam pueris TVI
Verenda nobis gloria nominis,
Vnde esset illa et qualis, hauddum
Mente rudi capiente nostra.

At mox, Latinae quae fidicen lyrae
Cantauit olim, TE duce et auspice
Cum nosceremus, dignitatem
Ipse TVAM docuit poeta.

Illos beatos inuida pectora
Tum praedicabant, Pieridum quibus
Sanctus sacerdos litterarum
Auspicio meliore natis

Secreta iam tum sacra recluderes.
Nunc nosmet ipsos, uir uenerabilis,
Manu recepisti paterna et
Esse TVOS uoluisti amanter.

Digitized by Google

Ab ore nobis nunc licitum TVO
Pendere, sermo de labiis TIBI
Dum dulcior, Germane Nestor,
Melle fluit: sedet ore Suada.

O TE beatum! Quam TIBI condidit
Deus senectam! Quae, si animo uelis
Percurrere aetatem peractam,
Laetitiae seges inuidenda.

Apollinari tempora laurea
Fulges decorus: deuenerantium
Et nosmet immixti coronae
Vota TVAE ferimus saluti.

Sic fausta summus quaeque Deus TIBI
Fundat benigne, sic redeat frequens
Laeto TIBI haec lux et futuris
Illa pie celebranda saeclis.

TH. H.

A. FLECKEISEN, Helmstadiensis.
TH. HANSING, Harburgensis.
A. BERGLEIN, Brunopolitanus.
E. DEICHMANN, Calenbergensis.
W. SACK, Brunsuicensis.
A. SCHVSTER, Cellensis.
E. IANTZE, Stoltenauiensis.
H. MVELLER, Springa-Hannoueranus.
G. LIEP, Calenbergensis.
E. BRVNKHORST, Harburgensis.
E. THORBECKE, Osnabrugensis.
H. KRAVSE, Northemiensis.
A. KOCH, Helmstadiensis.

Digitized by Google

Diuersa extant, ut statim rem quam mihi tractandam proposui aggrediar, grammaticorum iudicia de eis formis Latinorum uerborum quartae quam dicunt coniugationis, in quibus littera spirante V eiecta duplex I iuxta positum conspicitur. Nam illam ipsam litteram V in eis certe formis, ubi duplex S sequitur, plerumque eiectam fuisse, constat testimonio Quintiliani (I. O. I, 6, 17.), qui molestissimam diligentiae peruersitatem illis exprobrat, qui *sciuisse* et *audiuisse* dicant; quid ipse Quintilianus dicere maluerit, utrum *sciisse* et *audiisse* an *scisse* et *audisse*, ex eius uerbis non liquet; sed si comparaueris ipsius scribendi has formas usum (de quo egit Bonnell. Lex. Quint. p. xxviii.), consentaneum est, eum eas formas, quas posteriore loco posui, praetulisse. Et non solum Quintiliani tempore, sed etiam aurea Latinae litteraturae aetate et antea has infinitiuorum et inde descendentium plusquamperfectorum coniunctiui formas cum simplici I usitatas fuisse, si aliquot poetarum locos exceperis, nunc fere inter VV. DD. conuenit (ud. testimonia apud Reisigivm de gramm. Lat. §. 143. cum Haasii ann. 272) *). Non item conuenit de eis formis illorum uerborum, in quibus non SS, sed simplex S aut T aut M terminationem VI excipiunt, ut *audiuisti*, *audiuit*, *audiuimus*, quo accedit ipsa prima pers. sing. *audiui*, utrum hae littera V eiecta sonent *audii*, *audiisti*, *audiit*, *audiimus* an *audi*, *audisti*, *audit*, *audimus*, an utraeque formae in usu fuerint. Et primam quidem formam *audi* non inauditam fuisse Romanis, aliquot exemplis comprobauit Zumptivs (gramm. Lat. §. 160. ann. s. f.), ut *sepeli* Pers. III, 97. *redi* Sen. Herc. Oet. 48. Claudian. in Ruf. II, 387. In formas *audisti*, *audistis*, *audimus* nemo quantum scio adhuc data opera inquisiuit **); contra in controuersiam uocata est tertia sing. pers.: nam cum plerique VV. DD., ut Heinsivs ad Ouid. Fast. I, 109.

*) Acutam huius rei rationem reddendi periculum fecit Koenivs libri statiu laudandi p. 153 sq.

**) Absoluta hac commentatione mihi copia facta est libri ab J. R. Koenio editi de lingua epicorum Romanorum, qui uir doctissimus de prima illarum formarum disputat p. 174. 176., sed cum pro consilio suo solos dactylicorum metrorum poetas cum prosariae orationis scriptoribus comparauerit, neglectis plane comicis poetis, exhausisse hanc quaestionem censendus non est.

Digitized by Google

C. L. Schneidervs gramm. Lat. I. p. 746 sq. Reisigivs et Haasivs l. c., alii defendunt, *audit*, *perit* formas pro *audiit*, *periit* in usu fuisse ueteribus, hoc negat Franc. Rittervs Elem. gramm. Lat. p. 142 sq.: nam primum ne reperiri quidem locos, unde uerborum syllabas in IT desinentes unquam coaluisse certo consequatur, deinde hoc concesso ex *petiit* fieri non posse *petīt*, sed *petĭt*, ex *periit* non *perīt*, sed *perĭt*, ut ex *siĕt sĭt*, ex *fieĭt fĭt*, ex *doceĭt docĕt*. Nolo in refutanda hac opinione longus esse: moneo tantum de priore argumento, multo plura extare exempla, quam quae Rittervs breuiter recognouit; alterum in se ipso concidit, quoniam, ut egregie obseruat C. L. Schneidervs l. c. I. p. 106., probe discernendum est, utrum duae uocales in unam contrahantur, an altera uocalium eiiciatur: illud quadrat in *tibīcen*, (*tibĭĭcen*), *petīt*, *perīt*, hoc in ea exempla, quibuscum illa Rittervs composuit (quamquam ego uehementer dubito, an *fit* natura sua longum esse possit).

Mihi in omnibus eiusmodi rebus primum internae causae, cur Romani his uel illis formis usi fuerint, inuestigandae, tum uero omnes loci singulorum ueterum scriptorum, in quibus tales formae leguntur, accurate inspiciendi uidentur, ut quae fuerit cuiusque consuetudo elucescat. Et internas quidem causas huius de qua quaestio est rei ea qua solebat sagacitate perspexit uir desideratissimus, eius uenerabilis uiri, cuius honori hic libellus destinatus est, in regendo sodalitio nostro dum in uiuis esset collega, C. O. Mvellervs, qui in Nunciis eruditt. Gottingg. a. 1840. n. 108. p. 1066 sqq. indigitauit magis quam exposuit, duas easdem uocales in eodem uocabulo iuxta positas quam maxime fugisse Romanos, qua de causa II saepissime contractum esse in I, ut appareat ex genitiuis substantiuorum in IVS et IVM exeuntium, tum ex formis perf. *audisti* et *audit*, quarum haec semper e. g. legatur in inscriptionibus columnae Memnoniae, et multis aliis exemplis. Haec igitur obseruatio si uera est — nec puto de eius ueritate dubitationi locum relictum esse — quam maxime probabile fit, Romanos, si semel spirantem V eiecissent, contractis formis usos fuisse, nisi aliae rationes formas cum II praeferri iuberent, h. e. nisi cauendum esset, ne falsus intellectus per contractas formas efficeretur. Sic Romani non solebant dicere *audi*, *audit*, *audimus*, sed *audii*, *audiit*, *audiimus*, ne illae formae commutarentur cum imperatiuo et consonis formis praesentis; sin uero nihilominus illae contractae formae aut propter metrum aut propter codd. mss. auctoritatem aut alias ob causas magis commendantur, non statim sunt reiiciendae, sed tum poeta uel scriptor eis formis, quae Romano ori et auribus iucundiores erant, uti maluit quam falsum intellectum praecauere. In prima sing. pers., e. g. *perii*, ea causa accedit, quod I finale sicut in nominatiuo plur. substantt.

Digitized by Google

secundae declinationis *) pinguius pronunciatum esse uidetur (sic in VII. Scipionum inscript. sepulcr. est PETIEI), quae simul causa est, cur in hac persona contractionis perrara sint exempla. Simile pronunciationis discrimen inter *perĭt* et *perīt* interfuisse facile aliquis opinari possit, sed uocalem I in his formis, quamquam in altera breuis, in altera longa est, tamen multo sibi similiorem fuisse quam breue I et illud longum I, quod in *perii* siue *periei* est, inde patescit, quod utrumque illud I Lucilius l. c. tenue nominat. Aliquid discriminis intercessisse inter praesentis et contractam perfecti tertiam sing. personam non nego; nego autem hoc discrimen tale fuisse, ut in celeri pronunciatione non potuerint illae formae confundi. Contra constanter Romani dicere solebant ***audisti, audisse, audissem.*** Si formae inveniuntur apud ueteres scriptores, quales sunt ***abiisti, periisse***, illi loci aut uitiosae scripturae suspicionem mouent aut ex licentia, quam poetae dactylicorum metrorum sibi sumpserunt, excusandae sunt, quae quidem licentia inde orta mihi uidetur, ut poetae illi, cum tales formae, qualis e. g. est ***praeteristi, interisse***, metro dactylico aduersarentur, primum in his duplex I inducerent, tum hoc extenderent ad alias, ubi minus necessarium esset.

His de proposita quaestione a priori, ut dicunt, disputatis restat alterum, quod supra dixi necessario ad huiusmodi res requiri, usus singulorum poetarum ac scriptorum, et ut ab hac parte quaestioni illi ad liquidum perducendae pro uiribus meis succurrerem, hoc libello accuratius tractandos mihi proposui omnes locos illuc pertinentes, qui leguntur apud uetustissimum Latinorum poetam, cuius integrae fabulae temporum inuidiam tulerunt, dico T. Maccium Plautum, ut hoc quasi fundamento posito alii alios quoslibet scriptores eundem in finem inspicerent. Ita autem rem meam institui, ut in tractandis illis locis non anxie me tenerem intra res ad quaestionem pertinentes, sed saepius quamuis modice euagarer ad peruestigandum aut Plautinum sermonem aut numerum aut quamuis aliam rem, ex quibus excursionibus num aliquoties plus quiddam domum rettulerim quam misellum leporem, iudicent homines earum rerum periti: modo illum furtim surreptum, quem olim Heinrichivs cuidam obiecit, fugerim **).

---

*) Notum est hac de re testimonium C. Lucilii ex nono satirarum libro, fragm. XIII. Schmidt.

**) Sigla subsidiorum criticorum, quibus in constituendis singulis locis usus sum, sunt haec:

Γm et *Γr* est codex palimpsestus Ambrosianus teste Maio et teste Ritschelio, qui VV. DD. paucas uarias lectiones codicis illius optimi publici iuris fecerunt, ille in libro: M. Atti Plauti fragmenta inedita etc. Mediol. 1815., hic in epistola ad G. Hermannvm inserta in Diaria antiquaria Darmstadt. a. 1837. n. 91 sqq.

Digitized by Google

Longe pleraeque formae eius generis, de quo quaerimus, apud Plautum quidem obuiae descendunt a compositis uerbi *eundi*, qua de causa aptissimum uidebatur, primum huius ipsius simplicis uerbi exempla composuisse *). Et plenarum quidem formarum, h. e. ubi spirantem V uocalis I excipit — nam eiusmodi formas ut *iero* Capt. I, 2, 91. non curo — duo tantum exempla apud Plautum extant: Truc. IV, 2, 45. Most. III, 2, 156 [3, 20 ψ].

Abiit: intro hinc iuit. ego mihi haéc ut patiar fieri?
Látius demum óperae est pretium iuisse: Recte edepól mones.

Vs. priore *hinc iuit* ξπω Bo: *incluit* Δpg: *induit* ΘpsΩ: *inruit* ψ Goell.: *mihi haec ut* scripsi cum Bo: *ut haec mihi* uolg. — Altero us. *operae est* scripsi cum Bo: *est operae* uolg.: *recte* Δ2p[Ω]ξπω: *erecte* Δ1Θp: *et recte* ψ: *eu! recte* Bo.

Contractae tertiae sing. perf. personae *it* pro *iit* tria inuenisse mihi uideor exempla: Aul. II, 2, 66. Bacch. II, 3, 113. Rud. III, 4, 57.

Hic apud me hortum cónfodiri iússi. sed ubi hinc ít homo?
Deos átque amicos it salutatum ád forum.
Quó illic it? Heus, écquis hic est? heús: Si attigeris óstium.

Vs. 1. *confodiri* pro uolg. *confodere* emend. Bo 2. 3., ad quam formam probandam non opus erat eum ad Columellam confugere; ud. Mil. Gl. II, 3, 44. *Iúben tibi oculos écfodiri, quibus id quod nusquámst uides* [quo us. fortasse cum ψ scribendum *iube*; in extremo hoc us., ubi Δ1Θp *nusquam hic uidis*, Δ2p *uidisti* exhibent, quid lateat nondum per-

---

Δp et Δg est Vetus Codex Palatinus teste Pareo et Grvtero: per Δ1 et Δ2 distinxi priorem et alteram manum huius codicis.

Θp, Θg, Θb et Θs est Decurtatus Palatinus testibus Pareo, Grvtero, Bothio et C. E. Ch. Schneidero. Collatione ab hoc uiro docto facta usus sum in Truculento integra (ud. progr. uniu. Vratisl. d. XX. m. Octobr. 1834.), in ceteris fabulis solum eam noui eis locis, ubi C. F. Kampmannvs eam affert in prolus. gymnasii Elisab. Vratisl. 1839., cui praemissae sunt Res Militares Plauti.

Ξ est codex Lipsiensis, cuius collatione usus sum in Bacchidibus; Rudente et quattuor fabulis a Lindemanno editis, praeterea ubi Hermannvs eum affert in Elementis doctrinae metricae.

Ω est editio princeps, cuius discrepantes lectiones excerpsit C. E. Ch. Schneidervs in progr. uniu. Vratisl. d. III. m. Aug. 1825. [Ω] posui, si ex Schneideri silentio de lectione edit. princ. conclusi.

ξ est editio Camerarii Basileensis a. 1552. 8.

π est editio Lambini Lugdunensis a. 1577.

ψ est editio Parei altera. Neap. Nem. 1619. 4.

ω est editio Gronovii. Lugd. 1669. 8.

Bo 1. 2. 3. sunt editiones Bothii Berolinensis, Halberstadiensis et Stuttgartiensis. In Pseudolo, Rudente, Truculento est Bo 3 edit. Lips. a. 1840. Simplex Bo. significat consensum trium editionum.

Editionem recentissimam, quam curauit C. H. Weise, nunquam uidi.

*) Digitulo attigit hanc rem Kampmannvs l. c. p. 34.

Digitized by Google

spicio]. ibid. II, 4, 21. ***Non possunt mihi minaciis tuis hice oculi eefodiri*** [ut hunc us. scripsit RITSCHELIVS in prooem. Ind. scholl. Vratisl. aestiuu. 1839.: ***NONMIHIIPOSSVNTMINISTVISHISCEOCVLISEXFODIRI*** *Vr*: ***Non possunt his minaciis hice oculi mi eefodiri*** HERMANNVS: ***exfodiri*** pro uolg. ***effodiri*** etiam loco antecedente exhibent *ΔΘ*p et Aul. IV, 8, 9. *Λ*p, ud. C. L. SCHNEIDER. gramm. Lat. I. p. 560 sq.], et quem locum laudat STRVVIVS de Lat. decl. et coniug. p. 200., Cato R. R. c. 2, 4. GESN.: ***hortum fodiri.*** — Tum ***ubi hinc it homo*** scripsi pro uolg. ***ubi hic est homo***: ***ubi hinc eit homo*** *Λ*p (sicut us. 69. ***opulentus eit petitum*** idem codex), negante quidem GRVTERO, qui in *Λ* extare ***hinc est homo*** sicut in Mss. Langg. testatur: sed nonne illud ipsum ***hinc*** ducit ad probandam scripturam ***it***? Refragari quidem uidetur ***ubi***, quod num idem sonans quod ***quo*** apud Plautum praeterea inueniatur, hoc ipso temporis momento nescio; apud Appuleium, Plauti imitatorem, illo significatu legitur, c. g. Metam. IX, p. 668 OVDEND.: ***ubi ducis asinum istum?*** — Vs. 2. ***it*** scripsi cum Bo: ***iit*** uolg.: ***iit*** RITSCH. in edit. min. — Vs. 3. pro omnium libb. lectione ***it*** REIZIVS nimis audacter scripsit ***abit.*** De seqq. ud. FAERN. et BENTL. ad Ter. Eun. III, 3, 24.

Praeter hos tres locos ***iit*** legitur etiam Cist. IV, 2, 29. et 35.; sed quoniam expediendae huic turbatissimae scenae uires meas impares sentio, semel moneo, totam hanc scenam, ex qua complures uersus tractare debebam, a me intactam relictam esse. Contra duos alios locos, in quorum altero ***it***, altero ***iit*** a libris exhibetur, silentio non praetereundos duxi: Cure. arg. acrost. I. Most. I, 1, 24.

† ***Curculio missus Phaedromi it Cariam.***
Haecine mandauit tibi, quom peregre hinc it, senex?

Vs. prior ita ut dedi a libris, inter quos *Λ*p, exhibetur: ***missus a Phaedromo it in C.*** *ξπ*: ***missu Phaedromi it in C.*** GVLIELMIVS quaestt. in Curc. c. 1. p. 362.: ***missu Phaedr. init C.*** Bo. Nulla harum emendationum placet. De mea qualicunque sententia hic uersus cum proxime sequentibus ita fere scribendus erit:

Curculio missu Phaedromi hinc it Cariam,
Vt pétat argentum. inibi eludit ánulum
Riuálem, scribit átque obsignat litteras.

Secundo us. ***inibi eludit anulum*** scripsi pro librorum ***ibi eludit anulo***, cll. ipsius fabulae V, 2, 31. ***anulum, quem parasitus hic te elusit.*** In hiatu post ***argentum*** non offendes, si comparaueris Poen. arg. acrost. 3. ***Et fácit heredem. éius cognatae duae***, quo uersu hiatum propter finem sententiae et fortiorem interpunctionem tolerari posse ipse censet RITSCHELIVS loco statim laudando. Libenter autem his meis coniecturis desistam, si RITSCHELIVS, qui in prooemio Ind. scholl. Bonn. hibb. $18\frac{4}{5}\frac{1}{2}$ p. IX sq. his uersibus promptam se habere medicinam significat, meliores emendationes propinauerit. — Altero us., in quo pro ***it*** omnes libb. exhibent ***iit***, mihi persuasit BOTHIVS suam sententiam in Annott. ad Amph. 503 [II, 2, 36.] prolatam, ***it*** h. l. esse tempus praesens, quamquam ex numero exemplorum, quibus ille V. D. sententiam suam probare studuit, perpauca igni perspiciuntur, tamen ut id quod uoluit, demonstrent. Nempe apud Plautum saepius particulae temporales cum indicatiuo praes. coniunguntur, ubi potius perfectum indic. aut imperf. coniunct. expectamus: sic Amph. II, 2, 36. ***Granidam ego illanc hic reliqui, quom abeo*** (ad quem locum infra recurram). Pers. V, 2, 53. ***credo eo, quia non inconcilianit, quom te emo.*** Stich. IV, 1, 7. ***nisi dixisset — quom me ad se ad cenam uocat.*** His addo Capt. II, 2, 32. ***iiuom, quom inde abimus, liquimus*** (ad quem locum identidem infra recurram). Men. V, 9, 76. ***Hunc cen-***

Digitized by Google

sebat te esse, credo, quom uocat te ad prandium. ibid. prol. 29. *Tarenti ludi forte erant, quom illuc uenit.* Truc. II, 4, 8. *Salue, hicine hodie cenas, saluos quom aduenis?* Add. BENTL. ad Ter. Eun. IV, 2, 7. Quid quod uel Horatius aliique saepius *cum* particulam et pronomina relatiua cum praesenti tempore coniungunt, uelut Serm. II, 3, 61. *Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit:* nam hoc praesens esse euicit MADVIGIVS admonitt. et obseruatt. de locis quibusdam gramm. Lat. (Haun. 1837) p. 15. Et ad hanc normam iudicandum est de duobus locis Plautinis, quorum alterum HAASIVS ann. 272. ad REISIG. l. l. p. 230., alterum KAMPMANNVS l. c. p. 36. una cum priore tanquam exempla formae *abit* ex *abiit* contractae afferunt: Capt. IV, 2, 107. Mil. Gl. II, 2, 22., qui uersus scribendi:

Séd Stalagmus quoius erat tunc nátionis, quom hinc abit?
Mé perisse: Vbi abit, conclamo: heus quid agis tu, inquam, in tégulis?

Particulae uero *postquam* cum praes. coniunctae alia res est; de hac infra dicam ad Curc. II, 3, 46.

Secuntur duo loci, quibus *isti* ex *iisti* contractum obuenit: Pseud. IV, 7, 79. Trin. IV, 2, 97 [940 HERM.].

Strénue mehércule isti. quámuis pernix hic homost.
Séd quid ais, quo inde isti porro? Si ánimum aduortas, éloquar.

Vs. 1. *strenui* $A\Theta$pg: *mehercule* scripsi cum ΩBo: *me herele* rell. Non dubitaui autem illam formam praeferre, cum metro optime consulat neque causa sit, cur eius usum a Plauto abiudicemus. *Mehercule* et *hercule* multis locis a librariis tantum in contractas formas deprauatas esse, inde uerosimile fit, quod etiam ubi *Hercule* necessarium est, uelut Rud. II, 6, 6., ipsi Palatt. *herele* exhibent. Ceterum forma *hercule* etiam Ciceroni restituta est, u. c. a CLASSENIO in orat. pro Cluent. 35, 95.: *quamuis*] *quam uidesis* $\xi\pi$: *hic homost* scripsi cum Bo: *hic est homo* uolg. — Vs. 2. *isti* $A\Theta$pg π Bo. HERM.: *iisti* [Ω] $\xi\omega$: *istis* ψ: *aduortas* $\xi\pi\psi\omega$ Bo. HERM.: *aduortes* $\Theta b\Xi\Omega$ LIND.: cf. us. 52. eiusdem scenae.

Restat locus tertius, ubi *isti* a codd. mss. exhibetur et a Bo 2. 3. receptum est: Stich. IV, 2, 48.

Nón ergo isti apud té? Satis spectatást mihi iam tua fácilitas.

Ita Bo 2. 3, sed quomodo bona sententia erui possit, non uideo. *Non ego isti apute satis* Apg: *Non ego isti apud te · · · satis* Θg: *Non ergo is tu apud me satis* [Ω] $\xi\pi\psi\omega$: *Noui ego*: *ista apud me satis* ACIDALIVS in Stich. diuinatt. c. 7. p. 486., quod recepit Bo 1., praeterea uerissime corrigens *facilitas* pro libb. *felicitas*. Sed omnes hae emendationes praeter ultimam BOTHII improbabiles. Ego dubitanter propono:

Nóui ego istuc: pugnae satis spectatást mihi iam tua fácilitas.

Denique affero duos locos, quibus *isse* et *issent* probabiliter restituta sunt a VV. DD.: Trin. IV, 2, 102 [946 HERM.]. Pseud. III, 2, 19.

Éum alii di isse ád uillam aibant séruis depromptúm cibum.
Ílli drách mis issent miseri, me nemó potest.

Vs. 1. dedi ex HERMANNI post ACIDALIVM emendatione: *Callicli se ad* Ap: *Callicli ad* ΘpbΩ: *Callidis ad* Ξ. Fortasse tamen praestet: *Hunc alii di* cett. — Vs. 2. *drachmis issent* scripsi cum ω: *drachmis sent* Apg: *drachmis essent* Θpg: *drachmis iissent* $\Omega\xi$: *issent drachmis* π: *drachmis sunt* ψ ex coni. GVLIELMII: *drachma issent* Bo. Quod dedi, optime defenditur a GRONOVIO.

Digitized by Google

Atque haec hactenus de simplici uerbo *eundi*. Transgredior ad alia uerba et primum quidem primam personam singularis perfecti. Huius personae formae, quae spirantem V eiecerunt, aliorum uerborum atque compositorum uerbi *eundi* apud Plautum non leguntur; sic nusquam occurrit *scii*, sed *scini* (Rud. II, 3, 45.), nunquam *rescii*, sed *resciui* (Capt. V, 1, 25. Bacch. IV, 6, 12.), nunquam *audii*, sed *audiui* (Bacch. IV, 9, 25. 85.); contra semper *abii*, *adii*, *redii*, *perii*, *exii*, *interii*, *disperii*, *praeterii*. Hae formae quibus locis in Plautinis fabulis legantur, ordine quodam seruato enumerabo.

Primum *abii*, *adii*, *redii* in septenariis trochaicis obueniunt his locis: Amph. I, 3, 25. II, 2, 111. Asin. I, 2, 15. Aul. II, 2, 31. Capt. III, 1, 18. Cas. II, 6, 17. Bacch. III, 2, 4. Most. V, 1, 4 [2, 4 ψ]. Men. IV, 3, 10. V, 9, 53. Merc. V, 2, 106. Poen. V, 5, 6. Trin. IV, 3, 82 [1091 Herm.].

Clánculum huc abii á legione: hanc óperam surrupui tibi.
Táce tu. tu dic, égone abs te abii hinc hódie cum dilículo?
Quaé priusquam istanc ádii atque amens égo animum meum isti dedi.
Nimis male timui, priusquam intro rédii, exanimatús fui.
Námque ut dudum hinc ábii, accessi ad ádulescentis ín foro.
Huic, immo hercle míhi. uah, tandem rédii uix ueram ín uiam.
Nám ut in Ephesum hinc ábii (hoc factumst férme abhinc biénnium).
Ábii illa per ángiportum ad hórtum nostrum clánculum.
Nám ego quidem postquam íllam dudum tibi dedi atque abii ád forum.
Cúm patre ut abii Tarentum ád mercatum póstea.
† Iam redii exilio, salue mihi, sodalis Eutyche.
Pró minore párte prandi pignus cepi, abii foras.
Mé seruaui, sáluos redii, núnc hic disperii miser.

Vs. 1. *Clanculum huc abii* scripsi cum ψ Lind.: *clanculum abii* ΛρΩω Bo 2. 3.: *clanculum hinc abiui* ξπ: *clanculum ego abii* Bo 1.: *hanc operam* scripsi pro uolg. *operam hanc*, nam uel in commissura uersus asynarteti malim hiatum delere, si tam facili opera deleri potest: de forma *surrupui* cf. Ritsch. ad Bacch. III, 4, 8. — Vs. 3. *istanc* scripsi de meo pro uolg. *istam*, quia *priusquam* apud Plautum semper bisyllabum est: *amens* cum Bo. ex Ms. Barthii (Aduerss. V, 9.) et Wolfenbutelano scripsi pro uolg. *amans*: *animum ego* Bo 2. 3. — Vs. 4. *redi* Λρψ. — Vs. 5. *namque* scripsi cum Lind. pro uolg. *nam*: *nam ego ut* — *abii* Bo 3.: *abiui* Bo 1. 2. — Vs. 6. *redi* Λρψ. — Vs. 8. *ab illa* ΛΘρ: *abi illa* ψ. — Vs. 10. *ut habitarem tum ad mercatum postea* Λρ: *mercatum postea* ΘgΩ Bo.: *mercatum tum postea* Θp (Analecta Plaut. p. 429.)

Digitized by Google

ξαψω: uerissime *tum* omittitur, nam hiatus in ultima uoc. *Tarentum* excusatur in commissura uersus (cf. Herm. El. D. M. p. 87 sq.) et in nomine proprio. — Vs. 11. ita ut dedi extat in ξαψ (nisi quod ψ *exsulio*): *redi* ΘbΔΣ: *redini* Bo 1. 2.: *iam iam redii* Bo 3.: *salue mihi* ΘsΞΩ: *salue mi* ω Bo: *salue mihi mi* coni. Kampmannvs R. M. Pl. p. 33. Mihi probatur altera emendatio a Kampm. l. c. proposita, sed ab ipso reiecta:

Iám redii ex exilio, salue, mi sodalis Eutyche,

ob meliorem accentum uocc. *exilio* et *salue*.

Eaedem formae *abii*, *adii*, *redii* in senariis iambicis leguntur his locis: Aul. II, 8, 8. IV, 8, 5. Capt. III, 2, 6. Cas. II, 8, 33. Bacch. II, 1, 2. Men. prol. 56. Merc. I, 1, 12. II, 1, 31. Poen. II, 7. 11. Rud. II, 6, 44., quibus accedit *abii* in uersu iambico septenario probabiliter restitutum Capt. III, 2, 13. et in uersu cretico Most. IV, 1, 23.

Ita illís impuris ómnibus a d i i manum.
Nam ut dúdum hinc a b i i, múlto illuc aduení prior.
Tandem á b i i ad praetorem. ibi uix requieui. rogo.
Nunc pól ego demum in réctam r e d i i sémitam.
Postquam hinc in Ephesum á b i i, conspició lubens.
Verúm illuc redeo, unde á b i i, atque uno adsto in loco.
Biénnium iam fáctumst, postquam a b i i domo.
Ad pórtum hinc a b i i máne cum luci simul.
Quoniám litare néqueo, illinc a b i i ílico.
Eo pácto auarae Véneri pulcre a d i i manum.
Cum uéstimentis, póstquam a ted a b i i, álgeo.
Iussi ílico hunc exóluier. inde á b i i. nunc tu séquere.
Béne merens hóc preti inde ábstuli. a b i i fóras.

Vs. 1. *adii manum*] cf. huius exemplorum compagis us. 10. et Bentl. ad Ter. Heaut. IV, 6, 14. — Vs. 2. *abi* Δ1ρψ: *abii* Δ2ρ: *illuc* Δp uolg.: *illo* ξπ. — Vs. 3. ita scripsi obsecutus Hermanno El. D. M. p. 314.: codd. nihil uariant. — Vs. 5. *abiui* Bo 1: sed excusatur hiatus ultimae syllabae uoc. *Ephesum* in nomine proprio; cf. II, 3, 120. *Senéx in Ephesum ibit aurum arecéssere.* — Vs. 6. *adsto* ΔΘρψ Bo: rell. *asto*. — Vs. 8. *luce* ΔΘρψ: sed cf. Stich. II, 2, 40. *Dicam, postquam mé misisti ad pórtum cum luci simul*, ubi Parevs nullam uarietatem lectionis notauit. Nota est praetera locutio *cum primo luci* Cist. II, 1, 49. Ter. Ad. V, 3, 55. Cic. Off. III, 31, 7. et in commentario uetere anquisitionis ap. Varr. L. L. VI, §. 92. Mvell.; *in luci* Lucr. IV, 236; *luci claro* Aul. IV, 10, 18. [ut recte scriptum est a Goellero ex Nonio Marcello p. 142, b. edit. Basil.] et in duobus fragmentis Varronis a Nonio ibidem seruatis [etiam apud Varr. L. L. VI, §. 5. dubito an Mvellervs suo iure Spengelii coniecturam *primo luci* pro codd. *prima luce* reiecerit]; aduerbialiter dictum est *luci* Amph. I, 1, 11 [quo de loco fallitur Charisius p. 182 P. coniungens *hoc luci*; *hoc* potius est accusatiuus pendens a *mittere*, ut etiam Lindem. explicat; cf. nunc Haas. ad Reisig. l. l. p. 693.] Cas. IV, 2, 7. Men. V, 7, 17. et in Ennii fragm. ex XVII. Ann. p. 116. Hessel. Diuersa miscet de hoc uocabulo Hartvngivs in libro de cass. p. 183. — Vs. 9. *illinc abii* scripsi pro uolg. *abii illinc*, in qua lectione media dipodia senarii ea esset, in qua tribrachum anapaestus exciperet |∪∪∪∪—, cf. Herm. El. D. M. p. 130 sq.], ictus igitur in paenultima uoc. *nequéo* caderet, quod cum ferri non possit, transpositione illa uersum sanare studui. — Vs. 11. *QVOM VESTIMENTIS* Im: *postquam* ΔΘpΞΩψ Bo: *postcaquam* ξαω

Reiz.: *a ted abii* scripsi de meo: *a te Ap*: *abs te* rell.: *abi ΣΩξψ*: *abs te abii* uolg.: *abii abs ted* Bo 3.— Vs. 12. ita ut dedi constitutus est ab Hermanno El. D. M. p. 314.: *exsolui*; *nunc tu* uolg.: *inde abii* huc arcessitum est ex us. 9., ubi a libris quidem exhibetur, sed reiicitur iam ab Acidalio in Capt. diuinatt. c. 5. p. 96.: nec offendas in infinitiui forma *exoluier* ab Herm. restituta; obseruasse enim mihi uideor, hanc longiorem formam apud Plautum in trochaicis et iambicis uersibus legitimam sedem habere aut in uersuum fine aut in commissuris asynartetorum uersuum; hoc e. g. Rud. II, 3, 37. *Ad sáxa nauem férrier: properánt exolui réstim.* Quam igitur obseruationem Hermannvs praef. ad Trin. p. XVI. dedit, formam *dicier* in uersibus iambicis et trochaicis nunquam dactylum constituere, eam ita ut modo dixi extendendam esse mihi persuasum est. Ex eo uersu, qui ex uolgata scriptura solus quantum memini huic obseruationi aduersatur, Trin. I, 2, 66. *Haec quom audio in te dicier, excrucior miser,* iam Hermannvs formam *dicier* remouit scribendo *dici, ego excrucior,* hoc autem, puto, non recte: nam cum *ΔΘp* exhibeant *dicis excrucior,* procul dubio scribendum est: *Haec quom audio in te dici, diserucior miser*; cf. Bacch. III, 3, 31. *Propter me haec nunc meo sodali dici diserucior miser.* Poen. I, 2, 155. *Mene ego illaec patiar praesente dici? diserucior miser.* Ceterum hi tres loci addantur exemplis allitterationis litterae D apud Naekivm in Mus. Rhen. philol. a. 1829. p. 345. — Vs. 13. dedi ex scriptura Hermanni El. D. M. p. 311., qui *preti* scripsit pro uolg. *pretium: unde abstultabi foras ΔΘp: unde auscultaui foras Ξ: inde abstuli. ita abii* [*abi ψ*] *foras ξχψω.*

Sequitur, ut supra indicaui, *perii* et primum quidem in uersibus trochaicis septenariis: Amph. I, 1, 139. 156. 164. 218. 300. II, 2, 36. 149. 178. IV, 3, 5. Asin. I, 3, 80. II, 2, 21. V, 2, 30. 42. 78.

Tímet homo, delúdam ego illum: Périi, dentes prúriunt.
Haút malum huic est póndus pugno: Périi, pugnos pónderat.
Vltro istunc, qui exóssat homines. périi, si me aspéxerit.
Qui ego sum: Perii: Parum etiam, praeút futurumst, praédicas.
Vbi ego perii? ubi ímmutatus sum? úbi ego formam pérdidi?
Gráuidam ego illanc híc reliqui, quóm abeo: Hei, perii miser.
Quíd ego uideo? haec éa profectost pátera. perii, Sósia.
Quíd iam amabo? Né me appella: Quíd tibist? Perii miser.
Intro ego hinc eo, Álcumena párturit: Perii miser.
Nón omnino iám perii: est relicuom quo pereám magis.
Périi ego oppidó, nisi Libanum inuénio iam, ubi ubi est géntium.
Póssum ecastor: Én tibi hominem: Périi: Paulispér mane.

Digitized by Google

Périi misera, ut ósculatur cárnufex, capulí decus. Tótus perii: Quíd tandem? anima foétetne uxoris tuae?

Vs. 1. *illum ego π*: *perii Λ*2ρ: *peri Λ*1ρ: *pol Ω*. — Vs. 3. *istunc* scripsi cum *ω* Bo. Lind.: *isthunc ψ*: *istuc Λρ*: *istic Ωξπ*: uerissime *istunc* defenditur a Dousa cll. Capt. III, 4, 19. Cas. II, 8, 23. — Vs. 6. *illanc hic* scripsi cum *ξπψω* Bo: *illam hic ΞΩ*, unde Lind. exhibuit *hic illam*, obsecutus, ut ait, Hermanno (ubi uir eximius hac de transpositione egerit, nescio): ego nihil mutaui, quia *Λ* uolgatae lectioni fauere uidetur et quia *illic* pluribus locis non magis *διεκτικόν* est quam h. l.; cf. G. A. Becker. de comicis Romann. fabb. (Lips. 1837) p. 109. Tum *quom abeo* scripsi cum *ω* Bo. Lind.: *qom abeo ξπ*: *quam habeo Λ*pg: *quam abeo ΞΩψ*, quod defendunt Gvlielmivs quaestt. in Amph. c. 4. p. 326. et Acidalivs in Amph. diuinatt. c. 9. p. 23. intelligentes *prius*, cll. prol. 102. Iniuria: de structura *quom abeo* dixi supra p. 9 sq.; unde *quam* irrepserit, apparet ex corrupta scriptura *habeo* pro *abeo*; add. de frequenti commutatione particc. *quom* et *quam* Grvter. ad Men. prol. 62. Denique pro *hei Λρ* exhibet *ei*. — Vs. 7. *ea profectost* scr. cum Bo. Lind.: *ea est profecto Λρ*Ξ[*Ω*]*ψω*: *est ea prof. ξπ*. — Vs. 9. *ego* om. *ω* fort. incuria. — Vs. 10. *relicuom quo* scripsi: *reliquom quo ψ* (*quo* cum *Λ*pg): *reliquum quo ω*: *reliqüom quo* Bo 2. 3: *reliquum quod Ωξπ*. De mensura et scriptura uoc. *relicuos* (non *reliqüus* uel *reliqüos*) ud. Bentl. ad Phaedr. I, 31, 13. C. L. Schneider. gramm. Lat. I. p. 332. 591 sq. C. O. Mveller. l. supra p. 6. cit. p. 1069 sq. — Vs. 11. Ne quis hunc uersum corruptum iudicet propter tales locos, in quibus *ubiubi* non coalescit, uelut Mil. Gl. II, 4, 46. *Nunc nóstrum obseruare óstium, ubiubist: At, Sceledre, quaéso* [ut hic. us legendus est ex emend. Ritschelii in prooem. Ind. scholl. Vratisll. 1839]. ibid. IV, 9, 2. *Ego nám conuenïam illúnc, ubiubist géntium*: affero contra aliquot eiusmodi uersus, quibus probetur, *ubi ubi* Plauto etiam coalescere: Epid. III, 4 [IV, 2 Iac.], 56. *Ego illám requiram iam, ubi ubist. bellatór nate.* Rud. IV, 6, 6 [7, 1. Reiz.]. *Vbi ubi erit, iam inuéstigabo et mécum ad te adducám simul* [ut recte dedit Reizivs]. — Vs. 12. *en* scripsi pro uolg. *hem*, quod et ipsum praebet *Λρ*: sed ud. Lindemann. ad. Trin. prol. 3. suo iure pugnantem contra Goellerum. Ex multis locis, quibus eadem medicina adhibenda est, unum nunc in transcursu emendabo: Rud. III, 5, 53. *Quid ést quod caucam? En á crasso infortúnio*, ubi *en* pro uolg. *hem* posui primum propter hiatum, deinde quia lorarii cogitandi sunt lenoni clauas monstrare, quibus ad infortunium ei infligendum parati sint. Et si sunt qui particulam *en*, quod ubique fere in libris Plautinis obliterata sit, prorsus a Plauto abiudicare uelint, eos moneo ut inspiciant fragm. Friuolariae ap. Varr. L. L. VII, §. 58: *Vbi rorarii éstis? En sunt: Vbi sunt accensi? Ecce* [*nos*].

Aul. III, 1, 8. IV, 4, 29. 10, 70. Curc. II, 3, 38. Cas. II, 6, 55. 62. III, 5, 9. IV, 3, 10. Epid. IV, 2 [4 Iac.], 22. 31. Bacch. I, 1, 17. IV, 3, 14 [17 Ritsch.]. 4, 29 [43 R.].

Áttat, perii hercle égo miser, aperítur Bacchanál, adest.

Périi hercle, ille nunc íntus turbat. húnc si amitto, hic ábierit.

I íntro, exquire, sítne ita ut ego praédico: Peri. óppido.

Iúppiter te díque perdant: Périi, prospició parumi

Digitized by Google

Féri malam ut ille rursum: Périi, púgnis caedor, Iúppiter.
Périi, cor lienósum opinor hábeo, iamdudúm salit.
Párdalisca: Périi, sonitum unde aúres usurpánt meae?
Périi hercle ego misér, dirumpi cántando Hymenaeúm licet.
Épidicus mihi mágister fuit: Périi, plaustrum pérculi.
Périi misera: Né fle, mulier, intro abi, habeto animúm bonum.
† *Duae unum expetitis palumbem, perii, arundo alas uerberat.*
Sánus satin es? Périi, multa mála meo mi in péctore.
Périi: Quid ita? Quía patri omne cúm ramento réddidi.

Vs. **1.** *aperitur* scripsi cum ξπ Goell.: *aperit* rell. cum *Ag*: *Bachanal Apg.* De accentu interiectionis *attat* cf. Bentl. ad Ter. Andr. I, 1, 98. — Vs. **2.** *amitto* cum *Apg* uolg.: *omitto* ξπ: *hinc abierit* Bo., fortasse recte. — Vs. **3.** *I* om. *A*1p*Ω*: *exquaere* ex Prisciano p. 561. P. et aliquot codd. inferioris ordinis Bo. et Goell. — Vs. **5.** *ut ille* scripsi cum *ApΩψ*: *tu illi* ξπω Bo 3. propter us. 52.: *malam illi* Bo 1. 2: *rursus Ω*: *cedor Ap.* — Vs. **6.** *iamiamdudum ApgΩ*: *tam dudum* Bo. Fortassis totum uersum ita scribendum esse:

Périi, cor lienósum opino habeó, tam iamdudúm salit.

De forma *opino* ud. Non. Marc. p. 322, b. edit. Basil., qui quod affert fragmentum ex perdito initio Bacchidum: *Praenéstinum opino esse, ita erát gloriósus*, nunc auctum ex Prisciano legitur opera Ritschelii in Mus. Rhen. nouissimi Vol. I. p. 318 sq. Eandem actiuam formam uide restitutam ab eodem Ritschelio Bacch. III, 3, 83., restituendam praeterea Rud. IV, 3, 60., qui uersus ita scribendus uidetur: *Tu hércle, opino, in uidulum conuórtes piscem, nisi caues.* ibid. IV, 8, 4. *Ét popularis ést? Opino: Et núptura est mihi? Súspicor.* — Vs. **7.** *Pardilisca Ap*: *sonitum unde aures usurpant meae* scripsi cum Bo. pro uolg. *unde meae usurp. aures son.* — Vs. **8.** *dirupi* ξω cum peruersa distinctione. Veram sententiam iam Lambinvs bene explicauit. — Vs. **9.** *fuit magister* Bo. Iacob.: uerum non tentanda fuit uolgata lectio: *magister* est bisyllabum, ut *magis* semper ap. Plaut. est monosyllabum, et *fuit* est trochaeus, quode cf. Struvii lib. de Lat. decl. et coniug. p. 167. et Mveller. ad Varr. L. L. IX, 104. Deinde *perii ... austrum Ap*: *perii austrum* rell. codd. cum *Ω*: uera scriptura restituta est ex Fest. p. 230, 17. Mvell.; adde Donat. ad Ter. Eun. II, 3, 87. — Vs. **11.** aperte corruptus est. Ritschelivs emendandum suspicatur: *Dum duae unum* et *prope arundo alas uerberat* et hanc coniecturam in edit. min. recepit. Loco prioris ego legere malim: *Duae unum me expetitis* [quamquam etiam Nonius p. 149, a citat: *duae unum expetitis palumbem*] aut melioris accentus gratia: *Dúae únum expetitis mé palumbem.* Quam facile autem illud *me*, postquam genuina lectio in eam, quam modo ante dixi, deprauata erat, propter finalem antecedentis et initialem sequentis uocabuli litteram excidere potuerit, nemo non uidet; idem accidit Poen. I, 3, 39., ubi iam ab aliis uerissime restitutum est: *Meo obédientem me ésse seruo liberum.* An

Digitized by Google

nostro uersu scribendum: *Ámbae unum expetitis pal.?* Altero loco quid Ritschelii lusui *prope* pro *perii* substituendum sit, nondum exputo; certe uolgata ferri nequit, nisi quis hoc uno loco Plautino contractam formam *peri*, de qua supra p. 5. dixi, praetulerit, quae ualde improbabilis. Ceterum optimus interpres huius loci est ipse T. Maccius, ud. Asin. I, 3, 63 sqq. — Vs. 12. dedi ex emendatione Schneidewini, praeceptoris carissimi, cuius scholis de hac Plautina fabula habitis ante haec quattuor semestria cum bona fruge interfui: uolg. *Sanus satis non es: Perii, multa mala mihi in pectore*, pro qua Ritschelivs in edit. min. exhibuit: *Sanus satis nunc non es: Perii, m. m. mi in p.*, simul autem et ipse proponens: *Sanus satine nunc es*, quoniam in Θ sit *satis nc es*; possis etiam scribere: *Satin tu sanu's*, ut Amph. II, 1, 57. Merc. IV, 1, 16. Trin. II, 4, 53., tamen praefero Schneidew. emendationem. Idem uir optimus felicissime, si quid uideo, scribi iubet: *multa mala meo mi in pectore*; cf. Aul. III, 2, 19. *Vtinám mea mihi modo aúferám, quae áttuli, sálua* [Hermann. El. D. M. p. 456.]. Truc. III, 2, 30. *Vbi male accipiar meá mihi pecúnia:* quibus locis nunc accedit Bacch. III, 4, 20. *Tum quóm mea mihi nihilo pluris réferet*, ex emendatione Haasii prolata in ann. 387. ad Reisigii l. l. p. 388, quam et ipsam pro certa habeo.

Most. II, 1, 40. V, 1, 59 [2, 101 ψ]. Men. I, 2, 27. II, 3, 51. 86. V, 2, 89. Mil. Gl. IV, 8, 35. 36. V, 7. Merc. I, 2, 51. 93. V, 4, 26.

Périi: Habe bonum ánimum, ego istum lépide medicabór metum.
Périi: Quid tibist? Dedisti uérba: Qui tandém? Probe.
Périi, in insidiás deueni: Immo ín praesidium, né time.
Périi misera, quám tu mihi nunc náuem narras? Ligneam.
Ést hic praeda nóbis: Perii, iámne abis? periít probe.
Périi, mi patér, minatur míhi oculos exúrere.
Quíd uideo? lux sálue: Iam resipísti? Quem amplexa óbsecro
Sum hóminem? perii, súmne ego apud me? Né time, uoluptás mea.
† *Perii: Haut etiam numero hoc dicis. iamne in hominem inuolo?*
Périi, tu quídem thésaurum huc mihi ádportauisti mali.
Périi: Hem istuc únum uerbum díxisti uerissumum.
Vbi locist res súmma nostra pública? Hei perii miser.

Vs. 1. *istuc* Bo: *meditabor Ap*: *meditabo Θp*, huc illatum e us. sq.: *medicabo Λ*: sed ud. Merc. V, 2, 110. Laudat us. nostrum Bentl. ad Ter. Heaut. II, 3, 97. Hiatus qui in hoc us. inter *perii: Habe* est, excusatur per personae mutationem, itidem us. 11.: *Perii: Hem.* — Vs. 3. *perii* om. *Λ*: *deuenit AΘp.* — Vs. 4. *peri ΛΞψ*: *mihi nunc* scripsi cum *Θb* Bo 2. 3.: *nunc mihi* uolg. — Vs. 5. ita ut dedi conformauit Bo. et

Digitized by Google

explicauit in Annott. p. 354 sq. *peri* uolg. cum *ΑΘpg*, praeter *π*: *iamne abis?* uerba uolgo sine ulla ratione Menaechmo tribuuntur: *peri tibi probe Ω*. — Vs. 6. *peri ΘpΩψ*: *mihi pater ΑΘpψ*. — Vs. 7 sq. dedi partim secutus Bo 3., qui us. 7., quem sicut duos proxime antecedentes pro us. troch. octonario habuit, scripsit: *obsecro quem amplexa*, quod probarem, nisi ultima syllaba *resipisti* uoc. hiaret. Volgo legitur: *obsecro quem amplexa sum*. Vs. 8. *timeas ΩΞπψ*, sed *time ΑΘp*. — Vs. 9. *numero*] Ita *ΑΘp*: *nunc uero Ω*. De significatione illius uoc. ud. Fest. p. 170. Mvell. cum suppl. ann. p. 388. et Non. Marc. p. 240, b. Fallitur de ea, nisi omnia me fallunt, F. G. E. Rostivs Opusce. Plautt. I. p. 187 sqq., qui contendit: „ea in uniuersum recte dici *ῥυθμῷ* uel numero fieri, quae conuenienter, congruenter et apte ad rem respectu loci atque temporis fiant" (l. c. p. 192.) et ad hanc normam etiam nostrum locum explicat. Infelici successu. Mihi cum nostro loco apte comparari posse uidetur is qui legitur Cas. III, 5, 21. *Ere mi: Quid uis, mea ancilla? Nimium saeuis: Numero dicis*, eo discrimine, ut quae sententia hoc loco affirmatiue, ea nostro negatiue exprimatur. Hoc autem Casinae loco a Panurgo Antonio uel Artorio ap. Fest. l. c. ex Mvellerl ingeniosissima emendatione (l. c. p. 388.) *numero* explicatur per *nimium*, et hanc utramque uocem etiam ex ueriloquio inter se cohaerere ualde uerisimile est. [Rostivs l. c. a subst. *numerus* deriuat, eadem iniuria, qua *oppido* adu. et *oppidum* subst. inter se cohaerescere a grammaticis satis ridicule traduntur.] Itaque si illam notionem etiam nostro loco *numero* uoc. obtinere acceperis, bene procedit sententia. Cario enim dicit militi: non nimium dicis, si dicis te perisse, nam male tecum agetur, grauissimae poenae tibi luendae erunt. At non aeque bene procedit numerus uersus, cum in uolg. scriptura inter *hominem* et *inuolo* hiatus sit. Ad quem remouendum Bo 1. scripsit *iam nunc* pro *iamne* (*iamne Ωπψ*: *iam ω*); reducto *iamne* transposuit Bo 2. 3. *dicis hoc*. Ego potius proposuerim: *iámne ego in hominem inuolo?* aut: *iámne istum in hominem inuolo?* Pro *inuolo* exhibent *inuoco ΑΘpΩ*. — Vs. 12. *locist res summa nostra publ.* scripsi cum *ΑΘpψ* (nisi quod in *ψ* culpa typogr. *est* excidit, quod idem om. *Ω*): *loci res summa nostra est publ.* uolg.

Pseud. I, 3, 69. IV, 2, 27. Poen. I, 2, 151. Rud. IV, 4, 87. 99. 110. 8, 15 [V, 1, 15 Reiz.]. V, 3 [4 R.], 59. Stich. II, 2, 16. 63. Trin. IV, 3, 74 [1083 Herm.]. Truc. II, 6, 57. 67.

Périi, an non tum léx me perdit quína uicennária?
Quís is homost qui iússit? Perii, núnc homo in
medió lutost.
Í soror. abscéde tu a me: Périi, ecquid agis, Mílphio?
Périi hercle ego misér, uti príusquam pláne aspexit,
ílico.
Hóc habet, est solútum; ah perii, uídeo cistellam: Haécine est?
Súnt crepundia: Écca uideo: Périi in primo praélio.
Périi, dilectúm dimisit. núnc non censet, quóm uolo.
Grátiam faciás: Perii hercle, nísi me suspendo,
óccidi.
Át ego perii, quoi medullam lássitudo pérbibit.
Póst autem aduexít secum parasítos: Hei perii
miser.

Digitized by Google

Véndidit tuos gnátus aedis: Périi: Praesentáriis. Périi hercle ego misér, iam mi auro cóntra constat fílius.
Quíd taces? planíssume edepol périi. sed quid illúc bonist?

Vs. 1. *an ortum lex ΔΘp*: *quina uicennaria* scripsi cum MEVRS., LIPSIO, Bo.: *quina uicenaria* [Ω]ξπψω: *quasi uiceria Δp*: *Perii*, *an non me lex dum poreet quina uic.* ACIDAL. in Pseud. diuinn. c. 3. p. 348. Malim aliquis ex Palatt. deprauata scriptura *an ortum* meliorem lectionem extricet, nam fateor, *an non* hac iunctura me male habere. — Vs. 2. *periit* et *tuto est ΔΘp*. — Vs. 3. de producta altera syllaba *soror* uoc. cf. C. LINGE de hiatu in uerss. Plautt. (Vrat. 1817) p. 46 sqq. Excusatur ea productio h. l. etiam eo, quod Adelphasium ad alteram personam se conuersura pausam loquendi facere cogitanda est. Tum *perii*, *ecquid* scripsi cum Bo., qui bene obseruat, hanc formulam esse tardum ad aliquid faciendum incitantis (e. g. Epid. V, 2, 22.): *perii eo quid ΘbΩ*: *perii, eho quid* ξπψω: *perii quid Δp*. — Vs. 4. *uti* scripsi cum Bo 1. pro uolg. *ut*, quod ferri nequit, quoniam ultimam *miser* uoc. ante uocalem producere non licet. REIZIVS transposuit *périi miser ego hércle, ut* cett. contra morem Plautinum; cf. huius exemplorum compagis us. 12. Aul. III, 1, 8. Cas. III, 5, 44. IV, 3, 10. Ceterum pro *perii Δp* exhibet *perei*, unde fortasse scribendum *periei* (ud. supra p. 7.). — Vs. 5. retinui *hoc habet* uolg. cum *ΔΘp*: *hoc habe π* et ROST. Opuscc. Plautt. I. p. 171.: *bene hoc habet ψ* (fortasse ob locum illum Epid. V, 2, 31., ubi alia res est): *est solutum* dubitanter scripsi cum Bo.: *solutum est ΔΘpΩξπω*: *solutus est Ξ*: *solutust ψ* REIZ.: *ah perii* scripsi cum *ψω* Bo 1. 2: *aperi ΔΘpΞΩξπ*: *an perii* Bo 3: *perii ah* REIZ. Ceterum in disponendis his uerbis inter personas ego contra Bo. sto a uolg. distributione et illud uexatissimum *hoc habet* (de quo ud. Donat. ad Ter. Andr. I, 1, 56. GRONOVII Obseruatt. II, 25. p. 327 sq. PLATN. cll. Most. III, 2, 26.) ita mihi expedio, ut Gripus piscator, postquam operam in reuellendis uiduli illius uinculis collocatam finiuit, quasi aduersario plagam extremam infixerit, exclamet illud in re gladiatoria usitatum *hoc habet*. Reliqua per se satis clara sunt. — Vs. 6. *peri ΔΘpΞΩψ*. — Vs. 7. *dilectum* scripsi cum *ΔΘp*[Ω]ψ REIZ.: *delectum* rell., etiam KAMPMANNVS R. M. Pl. p. 31. [qui hunc us. cum eiusdem scenae us. 9. probabiliter explicat, neglecto, quod ualde miror, loco gemello Men. III, 1, 8 sq.]: ud. Paul. Epit. Fest. p. 73, 16. cum MVELLERI ann. Eadem forma ex *ΔΘp* restituenda est Pseud. I, 3, 157. — Vs. 8. *gratiam fatiam Δp*: *gr. faciam Θp*, quae scriptura sensu caret. Locutionem *iurisiurandi gratiam facere* illustrat RAEVARDVS Varr. III, 2. cll. Suet. Tib. c. 35.; add. ex Digestis fr. 6. 32. 41. de iureiurando etc. (XII, 2.). — Vs. 9. *peri Δpψ*. — Vs. 10. *hei* scr. cum *ω*: *ei ΔΘp*: *heu* ξπψ Bo. — Vs. 11. *gnatus* scripsi cum. *ψ*, ud. NAEKII Opuscc. philoll. I. p. 188.: *natus* uolg. — Vs. 12. ita scripsi cum Bo 3.: *per hercle miseriam auro Θs*: *perii miser iam auro Ω*: *perii hercle iam mihi ξπ*: *perii hercle miser iam mihi* rell. De dictione *auro contra* cf. Curc. I, 3, 45 sq. Epid. III, 3, 30. Mil. Gl. III, 1, 64. IV, 2, 84. Pseud. II, 3, 22. — Vs. 13. *planessume Δp*: *sed quid* scr. cum *Θs* et uolg.: *set quit Δp*: *ecquid ξπ*.

Sequantur iam sex uersus trochaici octonarii, in quibus *perii* legitur: Aul. III, 1, 5. Bacch. IV, 3, 12. 13 [15. 16. RITSCH.]. Pers. V, 2, 3. Truc. II, 7, 57. 59.

Tótus doleo atque óppido perii; íta me iste habuit senéx gymnasium.

Digitized by Google

Cónsolandus híc mist: ibo ad eúm. Mnesiloche, quíd fit? Perii.
Dí meliora fáxint: Perii: Nón taces, insipiens? Taceam?
Périi, interii. péssumus hic mihi diés hodie illuxit. corruptor.
† *Tum pol ego et donis priuatus sum et perii: Plane istuc est.*
Périi hercle hodie, ni húnc a te abigo: Accéde modo huc, adi híc modo: Etiam.

Vs. 1. Hermannvs El. D. M. p. 91. non factam esse ait elisionem in caesura, unde intelligatur, hos uersus apud Plautum asynartetos esse. Sed ut hoc uerissimum est, ita cum illud scriberet, humani aliquid magno uiro accidit: nam nisi ultimam *oppido* uoc. corripueris (plerumque autem producitur, uelut Merc. IV, 3, 10.) ultima *perii* uoc. eliditur. — Vs. 2. *mist* scripsi cum Ritsch. in edit. min. pro uolg. *mihi est.* — Vs. 3. uolgo legitur: *di melius faciant* numeris corruptis, quibus ut succurreret, Ritsch. in edit. min. scripsit *diui mel. fac.*, „quamquam in trita locutione nonnihil offensionis haec forma habeat." Ego cum meditarer de hoc loco, quoniam *diui* formam soli grandiloquae orationi conuenientem nullo pacto locum habere posse intelligebam, ueniebat in mentem loci Pseud. I, 3, 81., ubi, cum omnes quos nouimus libri mss. idem exhibent quod nostro loco: *di melius faciant*, I'm praebet: *DI MELIORA FAXINT*, nec dubitaui, hanc lectionem etiam Bacchidum loco restituere. Cf. Merc. II, 2, 14. *Di mélius faxint: Di hóc quidem faciúnt: Quid est?* Idem restitue Cas. IV, 3, 14. *Di melius faxint. sed crepuit óstium. exitúr foras,* pro uolg. *faciant*, et uide ne etiam Mil. Gl. II, 6, 87., ubi libb. exhibent: *Ignoscam tibi istuc: At di tibi faciant bene,* Hermannvs El. D. M. p. 133. correxit: *At tibi di faciant bene,* restet haec emendatio: *At tibi di faxint bene.* — Vs. 5. ita ut dedi *Θs*, nisi quod cum *Λψ peri* exhibet: *tum* ξαψ cum *ΘsΛ*: *tunc ω* Bo. Goell.: *ego* om. Goell. fort. incuria: *istud* Bo 3. Mihi uersus corruptus uidetur, cum omnes huius scenae uersus a 43. usque ad 61. trochaicos octonarios putauerim, et hinc hanc fere emendationem propono:

Tùm pol ego et donis priuatus súm meis et perii: Istuc planumst.

Addidi *meis*: deinde scripsi *istuc planumst* ob Capt. III, 4, 32. *pol planum id quidemst.* — Vs. 6. ita scripsi cum Bo 1. 2.: pro *ni* uolg. *nisi: abíeo Δp: accede hunc modo ΔΘps: accede huc modo* [Λ]ξαψω: *accede huc* Goell.: *etiam* om. id.

Haec de *perii* uoc. in uersibus trochaicis: secuntur iambici et primum quidem quaternarius iambicus: Epid. II, 2, 62.

Perii hércle, quid ego ex te aúdio.

quam trochaicorum septenariorum clausulam recte constituerunt Bo. et Iacobvs, probantibus C. L. Schneidero gramm. Lat. I. p. 738. et Kampmanno R. M. Pl. p. 20.

Deinde senarii iambici: Aul. II, 8, 22. 27. IV, 7, 10. Curc. V, 2, 54. Epid. III, 4, 73 [IV, 2, 74. Iac.]. Bacch. II, 3, 47. IV, 8, 21. Most. I, 1, 9. II, 1, 72. 2, 78. III, 1, 5. 131 [V, 2, 35 ψ]. IV, 3 [V, 1 ψ], 1. 37.

Perii hércle! aurum rápitur, aula quaéritur.
Sed césso prius quam prórsus perii cúrrere?

Digitized by Google

Perii, mea nutrix. óbsecro te, uterúm dolet.
Cum hoc ólim perii: Cédo ut inspiciam: Sánan' es?
Perii hércle, si istaec uéra sunt. planíssume.
Perii hércle, lembus ílle mihi laedit latus.
Exóluite istum. périi, pertimuí miser.
Hem, hocíne uolebas? Périi, cur me uérberas?
Sed quíd tu egrederis? périi. eho iamiam óptume.
Perii, íllice hodie hanc cónturbabunt fábulam.
Nunc pól ego perii pláne in perpetuóm modum.
Ecce aútem perii: Dícisne hoc quod té rogo.
Perii hércle: quid opust uérbis? ut uerba aúdio.
Vicíni, perii, intérii: Numquid Tránio.

Vs. 1. *hercle* scripsi cum $A p[\Omega]\xi\psi\omega$ Goell. Bo 3.: *hercule* π Bo 2.: *hodie* „uetustissima Brixiensis," unde Gvlielm. quaestt. in Aul. c. 4. p. 348. finxit *o dii: hercle hodie* Bo 1. Excusatur hiatus hoc quidem loco per exclamationem; ud. Linge l. c. p. 44 sqq. Nolui autem *hercule* scribere, de quo dixi supra p. 10., quia usus in hac locutione constanter *hercle* poscit. — Vs. 3. *uterum* Apg, Grvtero teste suprascr. „*al. uterus.*" Confirmat neutrum Non. p. 156, b. qui *te* omittit. — Vs. 8. *hem* scripsi ex Dovsae emend. cum $\psi\omega$ Bo.: *en* $A\rho\Omega\xi\pi$: *in* Θp: *qur* Ap, scriptura non spernenda. — Vs. 9. ita scripsi cum Bo 3.: *tu egrederis* $A\Theta$p[Ω]ω: *tute egred.* $\xi\pi\psi$: *perio iamiam* $A1\Theta$pg: *perii iam iam* $A2\rho\xi\psi$: *perii iam* π: *perii! o! iam iam* ω et Parevs Anall. Plautt. p. 364.: *spero iam iam* Ω. — Vs. 10. *illice* scripsi cum Bo.: ud. Bentl. in Ter. Eun. II, 2, 38.: *illisce* cum $A\Theta$p uolg.: *hisce* Ω. — Vs. 13. *peri* $A1\Theta\rho\Omega\psi$: *perii* $A2$p: *uerba* om. Ω: *uerbera* $A\Theta$p. — Vs. 14. *uicine,* ut ad solum Simonem exclamet, proponit Acidalivs in Most. diuinatt. c. 6. p. 241. et euphoniae causa Tavrmannvs. Itane uero? Immo propter euphoniam retinendum est *uicini;* ud. Naek. in Mus. Rhen. philol. 1829. p. 393. Tum cum $A\Theta\rho\psi$ scripsi *perii, interii: peri. interi* Ω: *interii, perii* uolg., quod neque Plautus neque Terentius unquam dixerunt.

Mil. Gl. II, 1, 41. 6, 11. III, 2, 45. Merc. IV, 1, 15. 3, 6. 10. 4, 8. 52. Pseud. I, 1, 43. IV, 3, 15.

Prius périi, quam ad erum uéni, quo ire occéperam.
Perii hércle, hic ad me récta habet rectám uiam.
Perii, éxcruciabit mé erus, domum si uénerit.
Dispérii, perii misera, uae miseraé mihi.
Perii hércle, rure iám redit uxór mea.
Dispérii: Equidem hercle óppido perii miser.
Ecce aútem perii, cócus adest: Aduénimus.
Perii hércle, ecce autem haec abiit, uae miseró mihi.
Perii, salutem núsquam inuenio, Pseúdole.
Perii hércle, nimium tárde egrediuntúr foras.

Vs. 2. *recta habet rectam uiam* scripsi cum $\xi\pi\omega$ Bo.: *recta habet recta uia* $A1$pg: *recta abiit recta uia* $A2$pg: *recta abit recta uia* Θpgψ: *recta recta abit uia* Ξ: *recta abiit uia* Ω: *recte recta abit uia* Lind. Veram scripturam quam dedi, confirmat Pseud. IV, 7, 37. *Heús, ubi estis nós? Hic quidem ad me récta habet rectám uiam,* ut sine discrepantia codd. legitur. — Vs. 4. *dispersi* Ap. Laudat hunc us. Bentl. ad Ter. Heaut. II, 4, 28. — Vs. 5. *redit* scripsi pro uolg. *redüt,* ud. infra. — Vs. 6. *equidem* scripsi cum $A\Theta\rho\Omega\psi$ Bo.: *ego quidem* $\xi\pi\omega$: frequens est

Digitized by Google

apud Plautum *equidem hercle*, uelut in hac ipsa fabula III, 3, 5. Pone *disperii* autem statuo hiatum (ud. supra p. 16. ad us. 1.), cuius euitandi causa Bo 1. 2. scripsit *hercule*. — Vs. 8. *abit Λ*. — Vs. 9. *peri Λpψ*.

Poen. III, 5, 42. V, 6, 23. scen. ult. us. 5. Pers. IV, 9, 1. 4. Rud. II, 6, 26. 66. III, 6, 6. 39. Stich. III, 2, 41. Truc. III, 2, 21.

Nunc pól ego perii cérto, haut arbitrário.
Perii hércle: Immo haut multó post in ius uéneris.
Tetigít? nunc perii. unde haéce perierúnt domo?
Nisi ego illunc hominem pérdo, perii atque óptume.
Pater hic meus est: Hem, quíd? pater? perii óppido. 5
Perii, ánimo male fit. cóntine quaesó caput.
Et ad hóc misellum pállium. perii óppido.
Nunc pól ego perii, Pleusidippus éccum adest.
Etiám retentas? Périi: Verum sít uelim.
Perii hércle uero pláne, nil obnóxie. 10
Perii, rabonem quam ésse dicam hanc béluam?

Vs. 2. *post in ius* [*intus ΛΘp*] *ueneris ΛΘpΩξπψ: post cum* (seu *quom*) *in ius uen. ω* Bo. ex coniectura Dovsae filii, eleganti quidem, sed ut mihi uidetur non necessaria. — Vs. 3. *nunc perii* om. *I*m (?): *haece* recte em. Bo. ex scriptura *I*m *HAEC*: uolg. *hae*. — Vs. 4. *perdo: Perii: Atque opt. ξπω* contra *ΛΘp*. Apte Bo. comparat Poen. I, 2, 155 sq. 168 sq. — Vs. 6. *peri ΛΘpΞ*. — Vs. 10. *peri ΛΘp: Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie* Gellius N. A. VII, 17, 4. — Vs. 11. *peri ΛpΘsΩ: uelbam ΛΘps*.

Perii in septenariis iambicis: Asin. II, 4, 10. 40. 69. III, 3, 111. Most. I, 3, 55. Merc. III, 1, 12. Rud. V, 2 [3 Reiz.], 2.

Tu uérbero imperiúm meum contémpsisti: Perii, hóspes.
Perii hércle, iam hic me abégerit suo ódio: Heus iam satís tu.
Ni istum impudicum pércies: Perii hércle, age impudice.
Perii hércle, siue erúm quidemst decórum uehere séruom.
Perii hércle, ni ego illam péssumis exémplis enicásso.
Bona si ésse uis, bene erít tibi: Tum pól ego perii misera.
Nisi uidulus mihi rédditur: Perii, quom mentiónem.

Vs. 1. *hospes perii* Bo., fort. recte ob accentum uoc. *contempsisti*. — Vs. 3. sequor *ψω* Bo.: *age impudice. ni istum impud. percies: Perii hercle ΛpΩξπ*, nisi quod *Ω* cum plurimis interpolatis codd. *peruties* pro *percies*: hoc defenditur a *Λp*. — Vs. 4. dedi ex elegantissima emend. Bothii: uolgo: *P. h., si uerum quidem est decorum herum uehere seruom: peri ΩΞ: uerum si π. Siue* h. l. idem est quod *uel si*, qua de significatione ud. locos et VV. DD. a Dissenio ad Tibull. I, 6, 21. laudatos, quibus adde Ruhnken. in Ter. Andr. I, 2, 19. — Vs. 5. *ni* uolg. cum *Θp*: *ne Λp*: *ego ni* Bo 3. — Vs. 7. *redditur* dedi ex uolg. cum *Λgp* (Anall. Plautt. p. 679.): *reddatur ΘpgΞΩψ*.

Digitized by Google

Idem *perii* in octonariis iambicis: Amph. V, 1, 24. Men. V, 7, 10. Merc. I, 2, 14. 15.

Amphítruo: Perii: Súrge: Interii: Cédo manum: Quis mé tenet?
Quo rápitis me? quo fértis me? perii, óbsecro uostrám fidem.
Perii, seditioném facit lien, óccupat praecórdia.
Perii, ánimam nequeo uórtere. nimis níhili tibicén siem.

Vs. 4. *nihil tibicen ΔΘpΛ.* Producta ultima *uortere* uoc. syllaba excusatur a uersu asynarteto (Herm. El. D. M. p. 160).

Perii in duobus tetrametris bacchiacis: Cas. III, 5, 11. Pers. V, 2, 29.

Perii: Quid perísti? Perii ét tu perísti.
Perii, perculít me prope: Hém serua rúrsum.

Vs. 2. *probe* Bo 3: *hem serua rursum* Θp: *em seruata sum* Δp: Acidal. in Pers. diuinatt. c. 7. p. 428. *hem seruo rursum*, „ut puer lenonem iterum feriret atque eo ictu restituere illum rursus in gradum et seruare diceret." Sed nihil mutandum: *hem serua* est formula uerberantium, ud. Ter. Ad. II, 1, 18., ubi Ruhnken. recte explicat: „habe tibi hunc colaphum." De *hem* part. in hac re usurpata cf. Rost. Opuscc. Plautt. I. p. 128. Diuerso sensu *hem serua* dictio legitur Ter. Andr. II, 5, 5.

Denique *perii* in aliquot anapaesticis uersibus, et primum quidem in dimetro acat. Bacch. V, 2, 75 [96 R.], deinde in tetramm. catall. Bacch. V, 1, 16. Mil. Gl. IV, 2, 89., postremo in tetramm. acatall. Aul. IV, 9, 1. 10. Bacch. V, 1, 4.

Caput prúrit. perii. uix negito.
Perii. hóc seruom meum nón nauci facere ésse ausum. atque ego si álibi.
Perii, quot hic ipse annós uiuet, quoius fílii tam diu uíuont.
Perii, interii, occidi. quó curram? quo nón curram? tene, téne quem? quis?
Hei mé miserum, miserúm: perii male pérditus. pessume ornátus eo.
Perii. pudet. hocine me aétatis ludós bis factum esse indigne.

Vs. 2. ita laudat etiam Hermannvs El. D. M. p. 415. — Vs. 3. cf. eundem p. 409.: *ipse* addunt ΔΘp: om. ξπ. — Vs. 4. 5. Herm. l. c. p. 412.: us. 5. *heu* uolg.: *miserum, misere perii* ξπψ Bo.: *miserum, miserum perii* Δpg, suprascr. *misere*. — Vs. 6. Herm. l. c. p. 414.: *ludos* ex Δpg pro uolg. *ludum* receptum illustrat Ritschelivs de Plauti Bacchidibus (Vrat. 1836) p. 10.

Restant aliquot loci, quibus *perii* legitur, de quibus cum quaestio plerumque a metro intricatior sit, nihil statuere malui quam fortasse inepte hariolari; tamen ne locus desideretur, ubi *perii* obuenit, ita ut in ψ leguntur illos uersus

Digitized by Google

dabo: Curc. I, 2, 36. Cas. II, 3, 19. III, 5, 44. V, 2, 18. Most. III, 1, 27. 28. Truc. IV, 2, 16.

† *Faucibus plenis: Perii hercle, huic quid primum dicam.*
† *Vnde hic amabo unguenta adolent? Oh perii, manufesto miser.*
† *Tibi ut dicam, ab ea ut caueas tibi: Perii hercle ego miser.*
† *Perii hercle ego, manufesta res est: Omnem in ordinem rem.*
† *Negat? Negat, inquam: Perii oppido, quom cogito:*
† *Non confitetur? Dicam si confessus siet.*
† *Animo bono male rem gerit: Perii hercle ego idem: Stultus es.*

Vs. 2. *amobo Δp*: *unguenta adolent Δp*: *unguenta olent Ω*. Quominus hunc us. pro octonario iambico acciperem, impediuit quartus pes, de quo ud. Herm. El. D. M. p. 161. — Vs. 3. *dicam Δp*: *dicerem* uolg: *ego* om. uolg., sed habet cum *ψ* etiam *Ω*. — Vs. 4. *in ordinem Δpg*: *in ordine Ω*: *ordine* uolg. Cf. Capt. II, 3, 17. Men. IV, 3, 5. Poen. III, 2, 13. Pers. I, 3, 11. Truc. II, 3, 57. — Vs. 5. 6. *ΔΘpg* lacunosi haec tantum exhibent:

Negat . . . . . quom cogita
. . . . . dicam si confessus sit.

Ω habet: *Negat quando cogitas? Te. dicam* cett. Verba: *Negat? Negat inquam* ut genuina laudat Bentl. ad Hor. Epp. I, 7, 63. — Vs. 7. *malē gerit Δp*: *malegerit Θps*: *perit Θs* (*peri ψ*): *ego idem ΔΘps* (non *quidem*): *stultus est ΔΘps.*

Haec hactenus de *perii* forma. Sequitur *exii* Capt. I, 1, 35. Pseud. V, 1, 35. Stich. III, 2, 6.

Vnde sáturitate saépe ego exii ébrius.
Inde húc exíi, crapulám dum amouérem.
† *Auspicio hodie optumo exiui foras.*

Vs. 1. *exiui* Bo. cum codd. Wolfenbutt. et Monac. — Vs. 2. est bacchiacus tetrameter: *unde ω* (puto errore): *exi ΔΘpψ*: *grapulam ΔΘp*. — Vs. 3. ita ut dedi extat apud *ξπω* Bo 3., uersu manco: *auspitio Δp*: *exiui ΘsΞΩψ* (cf. Kampm. R. M. Pl. p. 33 sq.). Vario modo editores tollendis hiatibus uersui succurrere studuerunt, qui conatus cum omnes parum probabiles sint, eos enumerare supersedeo. Mihi admodum uerosimile uidetur, hoc uersus monstrum eo natum esse, quod duo uersus misere truncati in unum conflati sunt, et in ultima syllaba inauditae illius formae *exiui* latere *aui*, scil. *sinistra*; cf. Epid. II, 2, 1 sq. *liquido exeo foras auspicio, aui sinistra.* Pseud. II, 4, 72. *aui sinistra, auspicio liquido.* Eadem sors contigit us. 16. sequentis scenae huius ipsius fabulae, ubi cum uolgo legatur:

Vt quoique homini res paratast, firmi amici sunt, si res lassa labat,

nunc ex *Ir* legendum est:

Vt quoique homini rés paratast, itidem amici sunt uolup:
Si res firmast, firmi amici sunt: si res laxé labat.

Ceterum moneo, quod nullum editorem hoc respexisse uideo, uersui

Digitized by Google

nostrum excipienti, Stich. III, 2, 7., sanitatem redditam esse a summo Bentleio in Hor. Epp. I, 7, 29.:

Mustéla murem mi ábstulit praetér pedes.

Secuntur ex ordine, quem supra indicaui, *praeterii, interii, disperii* et primum quidem in uersibus trochaicis: dimetrum trochaicum acat. Ritschelivs dedit Bacch. V, 1, 31 [28 ω]:

Quí scis? Vídi, hei míhi, disperii.

Aliter Herm. El. D. M. p. 213. Dimetrum troch. catal. ipse restituerim Epid. III, 1, 5.:

Cópiam: Interii hércle ego.

Iacobvs hunc uers., *copiam* uoc. antecedenti uersui annexo, dimetrum creticum esse uolt: *Interii hércle ego*, et antecedentem, ubi *tibi* contra Ap deleuit, iambicum octonarium. Ego retinens *tibi* hunc us. esse malim iambicum septenarium, quem excipiat ille dim. troch. catal.:

Sciui équidem in principio ilico nullám tibi esse in illo
Cópiam: Interii hércle ego.

Ita enim satisfit obseruationi illi Hermannianae (El. D. M. p. 169 sq.), „quicunque uersus perpetuitate quadam cohaereant, eorum hanc esse debere rationem, ut thesi terminatum uersum uersus trochaicus, qui ab arsi incipit, arsi autem terminatum iambicus, qui incipit ab anacrusi, sequatur."

Septenarii trochaici sunt hi: Amph. I, 1, 143. Asin. I, 3, 90. Aul. II, 2, 65. Epid. I, 1, 54. Most. II, 1, 28. Mil. Gl. II, 3, 35. Merc. II, 3, 68. III, 4, 14. 22. Pers. V, 2, 71. Trin. IV, 3, 79. 82 [1088. 1091. Herm.].

Oppido interii. obsecro hercle quántus et quam
úalidus est.
Interii, si nón inuenio ego illas uiginti minas.
Num égo disperii? Quid tibist? Quid crépuit
quasi ferrúm modo?
Di immortales, út ego interii básilice: Quid iam
aút quid est?
Válet illic quidem atque égo disperii: Disperisti?
quí potest?
Núnc si indicium fácio, interii: si taceo, interii
tamen.
Lábefacto paulátim; uerum quód praeterii dícere.
Númquid restat? eheú disperii. nóltus neutiquam
huiús placet.
† *Disperii, illaec interemit me modo oratio.*
Mále disperii, sciúnt referre próbe inimico grátiam.
Mále disperii: Crédidi aegre tíbi id, ubi audissés,
fore.
Mé seruaui, sáluos redii, núnc hic disperii miser.

Vs. 1. citatur a Nonio Marc. p. 246, b: ibi legitur *interio* [*interi* cod. Geneuensis] et *quantus, quam* om. *et.* — Vs. 2. *ego* om. Bo 2. 3. cum cod. Wolfenb. — Vs. 3. *num ego* scripsi cum codd. Langg. Bo 1. 3: *nun ego* Ap: *non ego* rell. — Vs. 4. affert Bentl. ad Ter. Heaut.

Digitized by Google

III, 3, 8. — Vs. 5. *illic* em. Bo.: *ille* uolg.: *ego* om. *ΑΘρΩ*, sed postulat sententia: pro *disperisti ΑΘp* exhibent *bis peristi*, lectionis uarietas non spernenda, quae adulescenti ebrietatis et somni pleno optime conuenit: tamen nondum ausus sum uolgatam mutare. — Vs. 6. *inditium Ap*: alterum *interii* om. *ΑΘρΩ*. — Vs. 8. *nunc quid Θpb* Bo 2. 3.: *nunc quod Ap*: *nam quid* Bo 1: *numquid* rell., quod interim reliqui: *cheu*] *ei ei Ap*: *et hei ΘρΩ*. De pronunciatione uoc. *neutiquam* (*nŭtiquam*) cf. C. L. SCHNEIDER. gramm. Lat. I. p. 75. — Vs. 9. aperte est mancus: *me modo hic oratio ξπψ*: sed *hic* om. libri cum [*Ω*]: *modo interemit illaec med oratio* Bo. Dubito an initium uersus exciderit, fortasse:

Hei mihi, disperii, interemit mé modo illaec orátio.

Interii et *disperii* in octonariis trochaicis: Aul. IV, 9, 18. Cas. V, 3, 2. Pseud. IV, 1, 6. Pers. V, 2, 3.

Átque hic quidem Euclióst, ut opinor: óppido ego interii: palamst res.
† *Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculis: ita disperii.*
Túm pol ego interii, hómo si ille abiit: néque opus, quod uolui, hódie efficiam.
Périi, interii. péssumus hic mihi diés hodie illuxít. corruptor.

Vs. 1. sic scripsi cum ψ, nisi quod typogr. culpa exciderunt uerba *palamst res: atque*] *at* Bo.: om. GOELL.: *Euclio est, est, opinor ξπω*: *Euclio est, opinor* GOELL.: *ut opinor ΑρΩ* Bo. Cf. Bacch. IV, 6, 5. *Atque hic quidem, opinor, Chrysalust: Accessero* (ita enim scribendum cum *ξπψ*, non *Chrysalus*). — Vs. 2. iterum metro laborat. Ego correxerim:

Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculis: ita miser disperii:

aut simili quodam modo. — Vs. 3. *neque hoc opus, quod uolui, ego hodie efficiam* (*ecficiam ψ*) *ξπψω*: *hoc* et *ego* omisi cum Bo 2, qui simul *homo* deleuit, sine causa: *uoluit ΑΘp*.

Eaedem uoces *interii* et *disperii* in scenariis iambicis: Cist. II, 3, 34. Bacch. IV, 7, 38. 8, 12. Most. IV, 3 [V, 1 *ψ*], 36. 37. Merc. IV, 1, 15. 3, 10. 4, 11.

† *Meum elocutust nomen: interii*
Qui sínt in lecto illó áltero? Interíi miser.
Scies haút multo post: Óppido interíi miser.
Hei mihi, disperii, uócis non habeó satis:
Vicini, perii, intérii: Numquid Tránio.
Dispérii, perii misera, uae miseraé mihi.
Dispérii: Equidem hercle óppido perií miser.
Séd intérii: Quid ais tu? étiamne haec illí tibi.

Vs. 1. dedi uersu manco cum codd. et *ω*: *interii peri ξ*: *interii perii π*: *interi peri ψ*. Ex IVNT. et ALD. Bo. probabiliter supplet: *interii oppido*. — Vs. 4. *ei ΑΘpξ*. — Vs. 5. 6. 7. ud. supra p. 20. — Vs. 8. ACIDALIVS in Merc. diuinatt. c. 5. p. 330. corrigit: *St, interii*: Bo. illud *sed* . . . Dorippae tribuit: utrumque citra necessitatem. De pronunciatione uoculae *sed* h. l. cf. SCHNEIDER. gramm. Lat. I. p. 730. 759., cui frustra obloquitur RITTERVS Elem. gramm. Lat. p. 147.

Interii in octonario iambico, Amph. V, 1, 24. iam su-

Digitized by Google

pra p. 22. attuli; *disperii* in septenario iambico, quem probabiliter Bothius dedit, Cist. IV, 2, 47.

Dispérii misera. quíd ego erae dicám, quae me opere tánto,

ubi *meae erae Δρψ: meae herae ω: herae meae Ωξπ.* Tum anapaesticum tetrametrum, in quo *interii* legitur, Aul. IV, 9, 1., itidem iam supra p. 22. exhibui, cui nunc addo Bacch. V, 1, 7.

Omnía me mala consectantur, omníbus exitiis interii.

de quo us. cf. Herm. El. D. M. p. 414. Denique ut supra duos uersus affero, a quibus manum abstinui: Cas. III, 5, 33. Cist. IV, 2, 1.

† *Latentes metu mussitant: Occido atque interii. quid illi.*

† *Nisi quid mihi opis di dant, disperii, neque unde auxilium expetam, habeo.*

Vs. 1. bacchiaco metro conscriptus uidetur. — Vs. 2. *opis Δ2p: opes Δ1pΩ.* Cf. Bentl. ad Ter. Heaut. III, 3, 31.

Haec hactenus de prima singularis persona perfecti uerborum cum *eundi* uerbo compositorum. Apparet ex hoc largo exemplorum indice, Plautinum harum formarum usum constantem fuisse, cum semper formas in II exeuntes praetulerit: duo enim exempla, quae quis cum rationis quadam specie contra afferre possit, Bacch. I, 1, 17 (ubi codd. scriptura retineri posset, si *peri* scriberetur) et Stich. III, 2, 6 (ubi *exiui* codd. exhibent), supra p. 16. et 23. remoui. Verum sunt sola illa composita *eundi* uerbi, in quibus haec obseruatio rata est; reliqua uerba quartae quam dicunt coniugationis perfectum in IVI formant, id quod supra p. 11. aliquot exemplis comprobaui. Duos locos, qui soli, nisi qui oculos meos fugerunt, huic regulae aduersari uidentur, accuratius nunc tractabo: Aul. III, 6, 1. Pers. IV, 7, 11.

Nimiúm lubenter édi sermoném tuom.

† *Mihi dare bonam operam: Tibin ego? immo seruii.*

Priore us., quo eam quam dedi scripturam iam exhibent ξπψω, Δp „initio *Nim. lib. di audiui,* unde quis fecit: *lib. edi id est audiui serm.,* at postea τὸ *audiui* lineola subduxit": cett. libb. cum Ω: *Nimium lib. audiui.* Hinc Meursius proposuit *odi* = *audii*: Goell. recepit *audi*: Bo. coniecit: *Nimium lubenter, di, audi serm. tuom.* At uerissime se habet *edi,* quae lectio insuper confirmatur testimonio Nonii Marcelli p. 308, a. edit. Basil., qui ad eam explicandam addit: „Deuorari non solum cibus gutture, sed et uox auribus potest." Locos similes Plautinos iam Lambinus attulit, praeter Asin. III, 3, 59. *Auscultate atque operam date et mea dicta deuorate* (quem locum et ipse Non. affert) hos: Cist. IV, 2, 54. *Istuc ago atque istic mihi cibust quod fabulare* [ubi *istic* cum Δρξπ scripsi pro uolg. *istuc*]. Most. IV, 1, 15. *gustare ego eius sermonem uolo.* Poen. V, 2, 9. *Quam orationem hanc aures dulcem deuorant.* Tum apte comparatur Aristophaneae Gerytadis fr. IX. Bergk., 205. Dind.: καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγομ' ἂν ῥήματα; cui ego addo Vesp. 462. ὅπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες. Mirificus error Dousae,

qui cum nostro loco Aristoph. Ran. 745 sq. componit, magno uiro condonandus est. — Altero us. *seruii* qui receperunt editores *ψω* idem esse uoluerunt quod *seruiui*. Sed praeterquam quod sententia quam maxime languet, ne libri quidem ita exhibent, sed *immo serui ΔΘρgΩ*, unde Acidalivs in Pers. diuinatt. c. 6. p. 424. scribendum coniecit *immo serio*, haec uerba Dordalo tribuens. At uel sic tamen uersus a sententia laborat. Veram lectionem nuper nulla litterula mutata restituit Bo 3: *numos erui*. Hoc solum post hanc elegantissimam emendationem me in hoc versu male habet, quod aut *tibin* monosyllabe pronunciandum est aut uersus numerus male fluit: dubito igitur an totus uersus ita scribendus sit:

Mihi dáre bonam operam: Tibi egon? numos érui.

Transgredi licet ad primam personam pluralis perf., cuius elisa spirante littera V hae tantum formae a uerbis cum *eundi* uerbo compositis deriuatae (nam reliquorum uerborum perfecta litteram V non eiiciunt; sic *audiuimus* Amph. V, 1, 47. *sciuimus* Poen. III, 4, 14. 15.) apud Plautum leguntur: *abiimus*, *periimus*, *iniimus*, his quidem locis: Amph. II, 2, 175. Cist. III, 10. Most. II, 1, 17. Men. V, 7, 26. Merc. I, 2, 25. III, 4, 25. Pseud. I, 5, 129. Rud. IV, 4, 4. Trin. II, 4, 114 [514 Herm.].

Té dormitare aíbas; mensa ablátast; cubitum hinc ábiimus.

Périimus miserae: Hác utrum me fériam an ab laeuá latus?

Philolaches: Quid ést? Et ego et tu? Quíd et ego et tu? Périimus.

Vós scelesti, uós rapaces, uós praedones: Périimus.

† *AC. Periimus.* ‖*CH. Principium inimicis dato.**‖ 5

*AC. At tibi sortito id obtigit.**‖

Périimus: Quin tu illud potius núncias quod néscio? Si súmus compecti seú consilium unquam íniimus. Vós confugite in áram potius quám ego: Miserae périimus.

Tibi egó rationem réddam? Plane périimus.

Vs. 1. *aibas* [qua de forma cf. Schneider. gramm. Lat. I. p. 285.] scripsi cum Bo 1. Lind.: *aiebas* rell.: *abimus ΔρΩψ*. — Vs. 2. *perimus* [*Ω*]*ξκψω*: *hac utrum* de meo scripsi pro uolg. *utrum hac*: *utrumne hac* Bo., quam emendationem reieci, non quod particulam *utrumne* a Plauto abiudicem [recte enim iamdudum Mil. Gl. II, 6, 35. restituta est ex libb. Palatt. deprauata scriptura *utrum me*, probante etiam Hermanno El. D. M. p. 132., qui V. D. cum alias probabiliter hunc us. cum sequentibus restituit, tamen iniuria *te* omisit, quod suo iure monuit Lindemann. edit. Teubner. p. 69., in ceteris rebus, ubi h. l. ab Herm. recessit, male suam rem agens, ut totus igitur us. ita scribendus sit: *Vtrúmne postuláre prius te aecúmst, nisi*], sed quia *utrum* uoc. prior syllaba, quae natura sua breuis est, apud Plautum nunquam ui positionis producitur: quod enim, ut uerba Ritschelii de uett. Pl. interpp. p. 13. mea faciam, de *agro*, *agrum* formis uerissime Hermannvs annotauit praef. in Trin. p. XV sq., id patet latius et in uniuersum genus cadit; hac de causa emendatione indiget locus Pseud. III, 2, 88. qui uolgo legitur: *Sed útrum amicis hódie an inimícis tuis*, corrigendus est: *Sed utrúmne amicis hódie an inimícis tuis*. Exempla particulae *utrumne* ex aliis scriptoribus petita larga manu praebent Reisigivs et Haasivs l. l. §. 277. — Vs. 5. ita ut dedi exhibetur

Digitized by Google

in ψ, nisi quod ibi legitur *perimus*. Annotat PAREVS: „*CH. Principium*] In Mss. lacunae hic uisuntur, tanquam si quid desit: ordo quoque uersuum is est, quem asteriscis notaui." Mihi cum persuasum sit, totam hanc scenam ex iambicis octonariis conformatam esse, hic us. cum proxime antecedentibus ratione habita lacunarum in codd. Palatt. conspicuarum in hunc fere modum constituendus uidetur:

Acánthio, quem quaéris. AC. Nusquam est disciplina ignáuior.
CH. Quae té res malae agitánt? AC. Multae, ére, ted atque
me v ⏑ — v —
CH. Quid ést negoti? AC. ⏑ — v — ⏑ — v *périimus.*
CH. Inimícis principiúm dato. AC. At tibi sortito id óbtigit.

res malae de meo scripsi: *res mala Ap*: *res male* ξαψω Bo.: *male res Ω*: cf. Aul. IV, 4, 4. Bacch. IV, 2, 2. *quae te mala crux agitat?* In collocatione uerborum *Inimicis principium* pro uolg. *Principium inimicis* praeiuit Bo 2. 3.: de hiatu in commissura huius uersus admisso ud. HERM. El. D. M. p. 160. — Vs. 7. *si sumus conspectis luc cons. Ap*: *si sumus conspecti siue ΘpΩΞπ*, unde uerissime restitutum est *compecti* in ψω: *conpacti* Bo. Cf. us. 126., ubi *Apg* aperte praebet *de compecto* (idem restitue Capt. III, 1, 24.), et fragm. Ambros. Cistell. p. 17, 13 MAI., p. 430, 3 Bo 2.: *Compecti sit, capere oportet neque eas unquam ponere.* Add. Cic. pro Scauro c. 12. MAI. (edit. Mediol. 1817) *Itaque compecto cum matre Bostaris consilium cepit* cett.: Liu. V, 11 [p. 512, 8. ALSCHEFSKI] *conpecto eam rem et communi fraude patriciorum actam*, ut nouissimus editor ex optimis codd. Paris. et Med. dedit: Ter. Phorm. I, 3, 14. *iam depecisci morte cupio*, et, si tanti est, OVDENDORP. ad Suet. Aug. 15. Contra Men. V, 5, 39. et Rud. II, 6, 62. recte scribitur *compactum* a *compingendi* uerbo. Deinde hoc us. *seu* scripsi cum Bo 2. 3. pro uolg. *sine* metri causa, quemadmodum etiam, ut hoc uno utar exemplo, Amph. IV, 3, 15. uolgatum *sine uxorem siue adulterum* iure correxit *seu uxorem seu adulterum* C. L. SCHNEIDER. gramm. Lat. I. p. 137. Denique Bo 2. recte reduxit *iniimus* pro *iniuimus*, quod est in ξαψω Bo 1. [iniuria Bo 3. iterum scripsit *iniuimus* deleto *unquam*]: nam ΘbsΞΩ exhibent *inimus* teste KAMPMANNO R. M. Pl. p. 33., qui uir doctus uersum de quo agitur eodem modo dedit ac supra scriptus est: contra BENTLEIVS ad Ter. Andr. I, 3, 11. laudat ex uolgata: *Si sumus compacti siue consilium unquam iniuimus.*

Apparet ex hac uersuum compage, quae, si illum quam maxime dubium Mercatoris fabulae omiseris, ex duobus senariis iambicis et sex septenariis trochaicis constat, Plauti morem fuisse, illas formas *abiimus*, *iniimus*, *periimus* ita tantum ponere, ut iambicorum uersuum semper finem, trochaicorum aut initium aut finem efficientes ictum in prima syllaba haberent. Ad hanc normam etiam loci illius ex Mercatore petiti constituendi periculum feci, quem locum quamquam libenter concedo aliter restitui posse et fortasse restituendum esse, tamen id non negligendum censeo, *périimus* uoci in fine uersus locum dandum esse. Contractae formae *abimus* pro *abiuimus* unum tantum exemplum Plautinum noui, ubi perfectum, non praesens esse color totius enunciati docet: Most. II, 2, 55.

Abímus omnes cúbitum, condormíuimus.

Supersunt denique tres loci, in quibus ex uolg. scriptura le-

Digitized by Google

gitur *abiimus*, *sciimus*, *exiimus*, quae perfecta a recentioribus editoribus recte in praesentia mutata sunt: Capt. II, 2, 32. Curc. II, 3, 46. Bacch. II, 3, 55.

Quíd pater? uiuítne? Viuom, quom inde abimus, líquimus.

Quaé tibi sunt paráta, postquam scímus uenturúm: Vide.

Vbi pórtu eximus, hómines remigió sequi.

Vs. 1. *abiimus* ξπψω: *abimus* recte Bo. Lind.: ud. supra p. 9.: *linquimus* Λ1p. — Vs. 2. *scimus* scripsi cum Λ2pΩξπψ Bo.: *sciimus* ω: „*sciimus* uel sane *scumus*" Λ1p: *sciuimus* codd. peiores. Saepius apud Plautum *postquam* cum praes. coniunctum legitur, ubi non propriam suam significationem obtinet, sed paene idem ualet quod *quoniam* (cf. Donat. ad Ter. Phorm. prol. 1.): sic Capt. III, 1, 27. *Abeo ab illis, postquam uideo me sic ludificarier.* Bacch. III, 6, 2. *nunc ego illam me uelim Conuenire, postquam inanis sum, contemptricem meam.* Most. III, 3, 22. *Quin tibi nunquam quiequam, postquam tuós sum, uerbórum dedi?* [ita enim corrigendam censeo librorum scripturam: *quia tibi unquam*, quam tenent ω Bo 2: *qui tibi nunquam* ξπψ: *quid? tibi unquam* Bo 1: *quian' tibi unquam* Bo 3: *quin* enim = *quine*, de cuius formae usu adeas Reisigivm et Haasivm l. c. §. 277. p. 473. et G. Hermannvm in Nouis Annall. philoll. XXXIII. 3. p. 245 sq.]. Mil. Gl. IV, 8, 21. *Ne áffligatur: Quid istuc? Quia, postquam ábs te abit, animó male* [ita hic us. scribendus: *quia* emend. Bo. ex scriptura libb. ΛΘgh: *istuc que post quiabste: istuc quaeso? Postquam* ψ: *istuc? Postquam* [Ω]ξπω Lind.]. — Vs. 3. *eximus* cum ΘΞΩ uerissime dedit Ritschelivs pro uolg. *exiimus*.

Absoluta quaestione de prima persona plur. pergo ad tertiam singularis et primum sub examen uoco trochaicos septenarios, in quibus hae formae leguntur: *abiit*, *adiit*, *obiit*, *periit*, *rediit*. Amph. II, 1, 59. IV, 3, 11. Aul. II, 2, 67. 71. 87. III, 4, 1. Capt. III, 4, 41. IV, 3, 1. V, 4, 9. Cist. II, 1, 52. III, 19. Epid. I, 1, 44. 75.

Póstquam a me abiit: Fáteor, nam sum obtúsus pugnis péssume.

Séd ubi ille est? intro édepol abiit, crédo ad uxorém meam.

Ábiit neque me cértiorem fécit, fastidít mei.

Idem, quando occásio illaec périit, post seró cupit.

Illíc hinc abiit: di immortales, óbsecro, aurum quíd ualet?

Illíc hinc abiit: di immortales, fácinus audax incipit.

Nam ílle quidem, quem tu ésse hunc memoras, hódie hinc abiit Álidem.

Illíc hinc abiit: míhi rem summam crédidit cibáriam.

Rédiit: Salue, éxoptate gnáte mi? Hem, quid? gnáte mi?

Ábiit intro irátus. quid ego núnc agam? si rédierit.

Vbi ego hanc tetulero intra limen: Ábiit, mulierem ábstulit.
† *Nám certo, priúsquam hinc ad legátionem abiit domo.*
Illíc hinc abiit: sólus nunc es: quo in loco haec res sit, uides.

V. 4. *occasio illaec* transposui cum Bo.: *illaec occasio* uolg., quod ob prosodiam *occasio* uoc. ferri nequit: *perit ΔΞψ.* — Vs. 5. *ille* Bo.: de accentu uoc. *illíc* cf. Priscian. p. 948. Bentl. ad Ter. Andr. II, 6, 27. Idem ualet de uss. 6. 8. 13. — Vs. 7. *quem tu esse hunc memoras* scripsi cum Bo.: *quem tu hunc memoras esse* uolg.: *quem hunc memoras esse* Lind. — Vs. 9. *redit ΔpΔψ*: *salue* hiat, qua de causa Bo 1. dedit *salueto* (sicut u. c. Rud. I, 2, 15. II, 4, 3.); sed non puto in hoc hiatu offensionem esse; ud. modo Merc. II, 2, 12 sq. *Tantúmst; Lysímache, sálue: Euge Démipho, — Salué, o quid agis? quid fit? Quod misérrumus.* — Vs. 11. ut dedi uerissime restituit Bo.: *ubi hanc ego ξπω: ibo, hanc ego ΔpgΔψ: abiit, abstulit* omnes, *mulierem* uocabulo ad sq. us. tracto. Non aeque mihi probatur ratio, qua Bo. hunc sq. us. dedit: *Ibo: persequár iam illunc intro, ut haec ex mé sciat,* quem ego potius ita emendauerim:

Ibo, persequár illum nunc iam intro, ut haec ex mé sciat.

De *nunc iam intro* cf. Bentl. ad Ter. Eun. II, 3, 86. — Vs. 12. sic ut scripsi ad fidem *Δp* exhibuit Iacobvs, cum uolg. legeretur *ad legionem*, sed uapulat Kampmanno R. M. Pl. p. 33., quod non melius legationem illam militarem exemplo comprobauerit. Nec ego scio quomodo expediam; offendo praeterea in mensura uoc. *priusquam*, quod alias semper bisyllabum est; qua de causa grauiore hunc us. laborare ulcere puto.

Bacch. III, 3, 64. 80. 81. Most. II, 1, 6. IV, 2, 42. 55 [4, 19. 32 ψ]. V, 2 [3 ψ], 33. Men. II, 3, 86. IV, 2, 85. 3, 24. V, 5, 54. Mil. Gl. II, 2, 96. IV, 4, 9.

Périit tibi sodális: Ne di sírint: Sic est út loquor.
Míhi discipulus, tíbi sodalis périit, huic fílius.
Nám ego illum perísse dico, quoi quidem periit pudor.
Cónspicatus sum, érus aduenit péregre, periit Tránio.
Ábiit, nunquam hoc tríduom in unum désitumst esse ét bibi.
Quí, postquam pater ád mercatum ábiit hinc, tibicinam.
Ís me adiit, nam illúm prodire púdet in conspectúm tuom.
Ést hic praeda nóbis: Perii, iámne abis? periit probe.
Nil mihi tecumst, séd tu quid ais? Pálla, inquam, periít domo.
Ábiit intro, occlúsit aedis. núnc ego sum exclusíssumus.
Ábiit socerus, ábiit medicus. sólus sum, pro Iúppiter.

Digitized by Google

Nón domist, abiit ámbulatum, dórmit, ornatúr, lauat.
Nam ípse miles cóncubinam intro ábiit oratúm suam.

Vs. 3. *dico* scripsi cum RITSCHELIO ex *ΔΘpΣ* pro uolg. *duco*. — Vs. 5. *habiit ΔΘp*: *abiuit ξπ*: *trid. in unum* scripsi cum *ΔΘpgω* Bo 2: *triduum unum ΩξπψBo* 1. 3.: *essi π*: *bibi Δ2Θp*: *bibisse Δ1p*. — Vs. 6. *abiit ΘbΩπψ* Bo 2. 3: *abiuit ξω* Bo 1: *hinc ΔΘpgξπω* Bo.: *hic Ωψ*. Versus est asynartetus. — Vs. 7. *me adiit* scripsi cum Bo 2. 3. pro uolg. *adiit me*. — Vs. 8. ud. supra p. 16 sq. — Vs. 9. *tu quid* Bo. ex *Θb* pro uolg. *quid tu*. — Vs. 11. *socerus* cum *ΔΘpg* uolg.: *socer ξπ*: *solus sum* de meo scripsi: *nunc solus sum* uolg., quo metrum iugulatur: *solus nunc* Bo 1. — Vs. 13. *habiit Θp*.

Merc. I, 2, 61. III, 4, 6. 7. 76. V, 4, 20. Pseud. II, 2, 28. Poen. IV, 2, 82. 95. V, 5, 4. Pers. V, 2, 75. Rud. III, 4, 39. IV, 3, 25 [35 REIZ.]. IV, 4, 67. Trin. III, 2, 91. 92 [719. 720 HERM.]. IV, 3, 17. 19 [1026. 1028 HERM.].

Obsecro, num náuis periit? Sáluast nauis, né time.
Si opprimit patér, quod dixit, éxulatum abiít salus.
Sín sodalis, quód promisit, fécit, non abiit salus.
Vt corripuit sé repente atque ábiit. hei miseró mihi.
Nam ibat exulátum: An abiit? Etiam loquere, 5
láriia.
Quía uidere inde ésse. nam olim quom ábiit, argento haec dies.
Ís in diuitias hómo adoptauit húnc, quom diem obiit suom.
Illíc hinc abiit. di immortales méum erum seruatúm uolunt.
Ípse abiit fóras, mé reliquit pro átriensi in aédibus.
Spéctatores, béne ualete; léno periit: plaúdite. 10
Trima quae periit mihi, iam tanta ésset, si uiuít, scio.
Ét quo pacto périit: At ego quó pacto inuentúst scio.
Quibuscum parua Athénis periit, sícuti dixí prius.
Ábiit hercle ille quídem. écquid audis, Lýsiteles? ego té uolo.
Híc quoque hinc abiit. Stásime, restas sólus. quid 15 *ego núnc agam?*
Íta me di ament, gráphicum furem: Quíd ego quod periít petam?
Quín tu quod periit perisse dúcis? cape uorsóriam.

Vs. 5. *ibat exulatum* [*Ω*]*ξπω* Bo.: *ibit ex. Θp*: *exibat exilium Δp*: *exibat exsulatum ψ*. — Vs. 6. *haec* scripsi cum *ω* Bo.: *hic ΩξπψBo*: cf. us. sq. Pseud. II, 2, 29. *praestitutast*. — Vs. 8. ud. ad Aul. II, 2, 87. supra p. 30.: *illinc ΔΘpΩ*. — Vs. 9. *foras* monosyllabe pronunciandum, ut

Digitized by Google

saepius. Bo 3. mauolt *liquit* uel potius: *Ipsus abiit, me reliquit* (uideri enim *foras* sublectum us. 6.), per se non male, sed nequaquam necessario. — Vs. 11. pro *periit* Reizius scripsit *periisti*: pro *esset*, quod *ΑΘpg* cum cett. libb. tuentur, Lipsius, Lambinus, Reizius, Bo. *est*: utraque mutatio audacissima, retinenda uolgata, quae optime conuenit concitato ac perturbato animi affectui, quo senex, cum seruus eum commonefecisset filiolae amissae, uersatur. Non habeo quidem alia similis anacoluthiae exempla Plautina, sed non puto eis opus esse, cum omnes eiusmodi loci per se seorsim considerandi sint. — Vs. 12. *perit ΑΘpΞψ*: *inuentust* scripsi cum *vω* Bo.: *inuentumst ΑΘgΞΩξπ*: sed infra us. 38 [48] aperte *inuentust ΑΘpg*. — Vs. 13. *periit Athenis ΞΩξπ*. — V. 14. *ercle Ap*: *ille* om. Herm.: *quidem* om. Bo 1. Lind.: *Lysitelis Ap*. — V. 15. *habiit Θp*. — Vs. 16. *amant ΑΘp*. — Vs. 17. *perisse* scripsi: *periisse* uolg., etiam Herm., ud. infra. *ducis*] num fortasse scribendum *dicis*, sicut in simili sententia Bacch. III, 3, 81. (supra p. 30.) *dico* a Ritschelio restitutum est?

Huc accedunt duo octonarii trochaici: Pseud. IV, 1, 6. Pers. II, 2, 18.

Tám pol ego interii, hómo si ille abiit, néque opus,
quod uolui, hódie efficiam.
Illíc hinc abiit intro huc. sed quis haéc est, quae
me aduórsum incedit?

V. 1. iam supra p. 25. tractaui. — Vs. 2. *illic hinc abiit* scripsi de meo pro uolg. *illic abiit hinc*; cf. quae supra p. 30. ad Aul. II, 2, 87. annotaui: *habiit Ap*: *ille hinc* Bo.: *est* om. *ξπω* contra *ΑΘpΩ*.

Secuntur senarii iambici, in quibus formae illae *abiit, adiit, obiit, periit, rediit* obueniunt: Amph. prol. 102. Asin. I, 1, 67. Aul. prol. 15. 20. I, 2, 24. IV, 8, 8. Curc. II, 1, 10. Cas. III, 4, 1. IV, 2, 15. Cist. I, 2, 4. 13. 3, 27. 44. II, 3, 69. Bacch. IV, 8, 59. Most. I, 1, 73. II, 2, 54.

Is priúsquam hinc abiit ípsemet in exércitum.
Quom me ádiit, ut puléntem gnatum aecúmst, patrem.
Vbi is óbiit mortem, quí mihi id aurum crédidit.
Item á me contra fáctumst: núm item obiit diem.
Nam ad aédis nostras núsquam adiit, quamquám propest.
Vbi ille ábiit, ego me deórsum duco de árbore.
Paués, parasitus quía non rediit Cária.
Viso húc, amator si á foro rediit domum.
Iamne ábiit illaec? dicere hic quid nis licet.
Nam illánc ego olim, quae hinc flens abiit, páruolam.
Quae hinc módo flens abiit: contra amore haec pérditast.
Ea diém suom obiit, facta morigerást uiro.
Quae dúdum flens hinc ábiit ad matrém suam.
Ea uxór diem obiit. iám scis? Teneo istúc satis.
Illa aútem in arcem hinc ábiit aedem uísere.

Digitized by Google

Satin ábiit neque quod díxi flocci exístumat.
Tuos gnátus postquam rédiit a cená domum.

Vs. 4. *die* Δpgψ. — Vs. 5. *quamquam propest* scripsi cum Δpξπψω: *est* om. peiores codd. et Ω: inde coniecit GRONOVIVS scribendum esse *nunquam* [ita cum codd. Langg.] *adiit quaquam prope*, quod insuper mutato *adiit* in *adit* recepit Bo. Ego illud *quamquam propest*, quod ambabus manibus defendo, ita explicauerim, ut Bonae Fortunae fanum in uicinia domus, quam Euclio tenebat, situm fuerit, fortasse coniunctum cum fano Fidei, cuius in hac fabula infra III, 6, 47. cll. IV, 2, 10. mentio fit. — Vs. 6. dedi cum [Ω]ξπψω: *ille* om. Bo 2. 3.: *ego me duo deorsum de arbore* GOELL. cum SCIOPPIO: sed cf. Amph. IV, 3, 8. *Iám me ad regem récta ducam résque ut factast éloquar* (ut recte scripsisse uidetur LIND.). Bacch. IV, 2, 11. *duc te ab aedibus.* Ter. Hec. IV, 1, 7. *se duxit foras.* Asin. Pollio ap. Cic. ad Famm. X, 32. *duxit se a Gadibus.* Ceterum Nonius p. 195, a. hunc us. ita laudat: *ubi ille abit, ego me duco serium de arbore.* — Vs. 9. *quoduis* Δpψ: sed cf. e. g. Pers. IV, 7, 1. *Postquam illic abiit, dícere hic quid uis licet.* Mil. Gl. II, 4, 5. Truc. IV, 4, 31. — Vs. 10. *illam* Δpψ. — Vs. 11. *contra amore eum haec* Δpgψ: *contra amorem eum haec perdite perditast* Ω. Recte CAMERARIVS deleuit *eum*, quoniam *contra* apud Plautum semper aduerbium est. — Vs. 13. *quae dudum*] *quaedam* Δp. — Vs. 14. *iam* om. ΩΞπ Bo.: retinui cum Δpgψω: *ea uxor* enim ita coalescit, ut unius iambi uice fungatur. — Vs. 15. *hinc abiit* scripsi ex SCHNEIDEWINI emendatione: *abiit* ΔΘpΞΩψ Bo. RITSCH. KAMPM. R. M. Pl. p. 33. admisso hiatu pone *arcem*: *abiuit* ξπω. — Vs. 17. *redit* ξπψ.

Men. prol. 37. 62. II, 2, 58. 61. III, 3, 26. IV, 1, 8. Mil Gl. arg. I, 3. II, 1, 11. 6, 1. Merc. IV, 4, 51. 52. 5, 5. 8. Pseud. arg. Ambros. 4. I, 1, 51. 4, 1. IV, 5, 2.

Postquám Syracusas de eá re rediit núncius.
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiit diem.
† *Iamne abiit? edepol haut mendacia.*
Vt quídem ille insanus díxit, qui hinc abiit modo.
Iamne ábiit intro? ábiit, operuít fores.
Hem hac ábiit, si uis pérsequi uestígiis.
Legátus abiit, míles in eandem incidit.
Qui hinc ád forum abiit, glóriosus, ímpudens.
† *Satin abiit ille neque erile negotium.*
Me núnquam quicquam cum illá? iamne abiit Syra?
Perii hércle, ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
Sed máter rure rédiit, nam uideó Syram.
Iam máter rure rédiit? respondé mihi.
Minís mercatus ábiit, soluit quíndecim.
Et príusquam hinc abiit, quíndecim milés minas.
Postquam illíc hinc abiit, tu ádstas solus, Pseudole.
Postquam íste hinc abiit átque abduxit múlierem.

Vs. 1. sequor Bo 1., cui conuenit cum Ωψ, nisi quod Ω *syracusis*, ψ *redit* exhibet: *de re ea nuncius redit* ξπω: sed *ea re* ΔΘp, procul dubio etiam *redit* uel *rediit nuncius*. Nugatur Bo 2. 3.: haudquaquam enim in ea scriptura, quam dedi, *Syracusas* uoc. antepaenultima corripitur, sed primae duae syllabae in unam coalescunt, quod Plautó, qui

Digitized by Google

satis libere nomina propria tractauit, licuit. — Vs. 2. *quom* recte Acid., Gryt., Gron., Bo. cll. Poen. V, 2, 110. (etiam melius prouocari potest ad Poen. prol. 77., ubi idem us. recurrit et recte legitur *quom*): *quam* $A\Theta$gp (Anall. Plauti. p. 394) [Ω] $\psi\omega$: *qua ipse obiit die* $\xi\pi$: cf. supra p. 14. — Vs. 3. ita ut dedi $A\Theta$pg[Ω]ω [*aut mendatia* $A\Theta$p] lacunose: commode suppleuit Tavbmannvs:

Iamne ábiit? abiit. édepol haut mendácia,

cll. III, 3, 26. (huius exemplorum compagis us. 5), quod recepit Bo. — Vs. 5. alterum *abiit* scripsi cum $\Theta s\Xi\Omega\psi$ Bo 2. 3. Kampm. R. M. Pl. p. 33.: *abiuit* formam, quae extat in $\xi\pi\omega$ Bo 1., hoc quidem loco repudio, quia hiatum post *intro* propter fortiorem interpunctionem tolerandum puto. — Vs. 9. *abit* $A\Theta$pbψ: huius us. metrum aperte claudicat, sed adhuc nemo editorum probabiliter succurrit: ceterum cf. Most. I, 1, 73. — Vs. 11. ud. supra p. 20. — Vs. 14. *ABIIT ABSOLVIT* I'm, quem errorem correxi. — Vs. 15. *abit* $\Omega\xi\pi\psi$. — Vs. 16. si cui duriusculum uideatur, *postquam illic* unum iambum efficere; corrigat aut cum Bo 1. 2. *postquam ille hinc abiit*, quod defendi potest a Pseud. IV, 5, 2. Trin. IV, 2, 156., aut cum Bo 3. *postquam illic abiit*, cui scripturae patrocinari uidetur locus Pers. IV, 7, 1.

Poen. prol. 71. 77. I, 3, 36. III, 3, 39. V, 2, 110. Pers. IV, 7, 1. 6. Rud. prol. 39. IV, 1, 7. Stich. I, 3, 111. Trin. arg. acrost. 9. prol. 7. IV, 2, 156 [1000 Herm.]. Truc. I, 1, 15. 24. 32. II, 4, 16. III, 1, 9.

Ipse ábiit ad Acherúntem sine uiático.
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiit diem.
Illic hínc iratus ábiit. nunc mihi caútiost.
Vidémus. adiit ád nos extemplo éxiens.
Et ís me heredem fécit, quom suom obiit diem.
Postquam íllic abiit, dícere hic quid uís licet.
Argéntum accepit, ábiit. qui ego núnc scio.
Huíe filiola uírgo periit páruola.
Mirór, de nocte qui ábiit piscatum ád mare.
Postquám uir abiit éius, miror quíd siet.
Senéx ut rediit. quóius nubunt líberi.
Huc quae ábiit intro, dícam, si animo aduórtitis.
Postquam ílle hinc abiit, póst loquendi líbere.
Quando ábiit rete péssum, tum adducít sinum.
Extémplo et ipsus périit et res ét fides.
Aut aúrum periit: aút conscissa pállulast.
Iam rédiit animus. déme soleas, cédo bibam.
† *Condo in cruminam. ille abiit. ego perpera minas.*

Vs. 1. *ad Acheruntem*] De quantitate uoc. *Acheruns* apud Plautum nemo nescit egregiam annot. Hermanni ad Eur. Hec. us. 1. Demonstrat uir doctiss., morem esse poetae Sarsinatis, ut antepaenultimam illius uocabuli producat, ad quam rem probandam enumerat locos, in quorum indice eum errorem admisit, ut uersum: *Certúmst, hunc Acherúntem praemittám prius* citaret Capt. II, 8, 12.: debebat Cas. II, 8, 12. Extare autem quattuor locos in fabulis Plautinis [quibus quintus accedit noster uersus, cuius immemor fuit Herm.], ubi *Acheruns* correpta antepaenultima legatur: Amph. V, 1, 26., qui uersus scribendus sit:

Digitized by Google

Non seeus est, quam si ab Acherunte ueniam. sed quid tu es foras
Egressa?

At hunc us. mirifico errore huc traxit HERMANNVS; est enim octonarius iambicus et ex ipsius V. D. scriptura *Acherunte*, ut necesse est, ditrochaeum efficit; sed non probatur mihi illa correctio: recte LIND. ex Pal. SCIOPP. (cuius testimonium confirmatur a PAREO) dedit:

Nec séeus est, quasi si ab Acherunte uéniam. sed quid tu foras Egréssa es?

Itaque hic us. ex numero illorum locorum eximendus est: sed restant praeter nostrum tres alii: Most. II, 2, 77. Poen. I, 2, 131. IV, 2, 9.

Viuóm me arcessunt ád Acheruntem mórtui.
Quó die Orcus áb Acherunte mórtuos amiserit.
Quódnis genus ibi hóminum uideas: quási Acheruntem uéneris.

Ipse fatetur HERMANNVS, maxime unum eum locum, quem ultimo loco posui, ad probandam correptionem idoneum esse; reliquis deleta praepositione uolgarem mensuram facile restitui posse. De primo loco ex Mostellaria petito assentior HERMANNO; nam id, quod h. l. sententia postulat, εἰς Ἀΐδαο, simplici accusatiuo exprimitur etiam Cas. II, 8, 12. Most. II, 2, 67.: hac de causa non dubito illum uersum, ubi pro *arcessunt* simul *accersunt* ex ΑΘp scribendum est, ita emendare:

Viuóm me accersunt Acheruntem mórtui.

Non pariter me assentientem habet HERMANNVS de altero loco Poen. I, 2, 131., ubi praepositionem *ab* deleri posse putat. Iniuria: aduersatur enim locus Amphitruonis, quem supra tractaui. Est quidem unus locus Plautinus, ubi simplex ablatiuus *Acherunte* uolgatur: Poen. I, 3, 22.

Quantum Acheruntest mórtuorum: Etiámne abis?

sed hunc locum corruptum esse non difficile est ad demonstrandum. Sententia enim h. l. poscit εἰν Ἀΐδαο, quod Plautus aut per *Acherunti* aut, ut Trin. II, 4, 93., per *ad Acheruntem* exprimere solet. Vtrum huic loco magis in propinquo situm est? procul dubio *ad Acheruntem*; nam quomodo, si *Acherunti* genuina erat lectio, illud E in libros irrepere poterat? *Acherunti* formam, quae Plauto admodum familiaris est (ud. Capt. III, 5, 31. V, 4, 1. Merc. III, 4, 21. Truc. IV, 2, 36.) librarium in *Acherunte* corrupisse non est uerosimile. Versum illum igitur ita restituerim:

Quantum ád Acheruntemst mórtuorum: Etiámne abis?

Iam ut ad finem huius excursus perueniam, hoc mihi euicisse uideor, mensuram *Acheruns* uoc. in Poenulo ualentem — nam alibi atque quattuor illis locis: prol. 71. I, 2, 131. 3, 22. IV, 2, 9. Acheruntis mentio non fit — diuersam esse ab ea, quae per reliquas Plautinas fabulas consuetudinaria est. Hoc unum addo, ipso illo prologi loco per *ad Acheruntem* idem exprimi, quod alibi simplex accus. significat, εἰς Ἀΐδαο, quem singularem usum ne quis mihi obiiciat ad tuendam illam lectionem in Most. loco, quam HERMANNO obsecutus cum meliore commutaui: nam est ille locus ex prologo Poenuli desumptus, in qua tota fabula ualde memorabilem a reliquis discrepantiam, quae ad hoc uocabulum spectat, regnare demonstraui. Sed haec hactenus. — Vs. 5. *et is*] *his Ap.* — Vs. 7. *qui* scripsi cum Ωπ in lemmate annot., Bo.: *quid* ξπψω. — Vs. 8. ita ut dedi ξπψω et ut uidetur libb. mss.: *huiic* Bo 1. 2.: *filiola olim* REIZ.: *filia olim* KAMPMANN. annott. in Pl. Rud. (Olsn. 1830) p. 14. et Bo 3. Sed nihil mutandum. Nam sicut certum est, apud Plautum saepissime *ei* producta paenultima legi, id quod nuper RITSCHELIVS docuit in prooemio lud. scholl. Bonn. hibb. $18\frac{41}{42}$ p. X sq., ita etiam *huic* et *quoi* eandem productionem sentire et ratio postulat et usus confirmat. Tetigerunt hanc quaestionem C. L. SCHNEIDER. gramm. Lat. I.

Digitized by Google

p. 100. et iam semel antea RITSCHELIVS ad Bacch. II, 2, 47., hic quidem tunc dubitans, an illis formis non usi essent poetae nisi sub ictu posita paenultima. Sed hodie uir summus illam dubitationem ipse abiecisse uidetur, cum in numerum exemplorum suorum receperit illud ex Men. prol. 18. *Ei sunt nati filii gemini duo.* [Nescio, ut hoc obiter moneam, an huius mensurae uoculae *ei* ratione habita etiam aliter, atque hucusque factum est, iudicandum sit de Trin. prol. us. 15. HERMANNVS cum hunc us. exhiberet: *Dedi ei meam gnatam, quicum is aetatem exigat*, uerissime reduxit *ei* (frustra obloquitur LINDEMANNVS ad h. l.): nam *dedi e' m. gn. Ap*, unde *dedi ei* iam in *ψ* recte legitur: *is* minus bene intulit propter praecedens *ei*: scribe igitur: *Dedi éi gnatam meám, quicum aetatem éxigat.*] Afferam aliquot exempla ad illam rem comprobandam: Amph. II, 2, 70. *Étiam tu quoque ássentaris húic? Quid uis fieri?* Asin. prol. 10. *Dicam: húic nomen Graéce Onagost fábulae* [cf. SCHNEIDER. l. c. p. 160. RITSCHELIVS quidem nuperrime in Melett. Plautt. spec. onomatol. (Bonn. 1842) p. 16. cum hunc us. laudaret, dedit *huice*, qua nisus auctoritate nescio]. Capt. I, 2, 49. *Nunc hábe bonum animum: Eheú: Huíc illúd dolet* [probe scio, BENTLEIVM ad Ter. Eun. IV, 4, 47. hunc us. ita correxisse: *Eoi eī: Huic illud dolet;* sed non opus esse uidetur hac emendatione; in hiatu autem post interiectionem nemo offendet]. Bacch. III, 3, 80. *Mihi discipulus, tibi sodalis périit, húic filius.* ib. IV, 5, 4. *Nam nón conlucit húic sycophántiae.* Men. prol. 40. *Immútat nomen ános húic gemino álteri.* Poen. I, 2, 183. *Vt tu húic iráta ne sis, aút si id fieri nón potest.* De *quoi* uoc. cf. Amph. I, 3, 22. *Quói ego hoc iam scípione: Áh nóli: Muttitó modo* (ut hic us. recte scribitur apud Bo 2. 3. LIND.). Asin. IV, 1, 33 sq. *Spectándum ne quoi ánulum det néque roget. Talós ne quoiquam hómini admoueat nisi tibi.* Aul. II, 2, 12. *Quói ego iam linguám praecidam atque óculos ecfodiám tibi.* ib. II, 8, 26. *Quoi in re tali iám subueniśti ántidhac.* Bacch. II, 2, 47. *Domist: non metuo néc quoiquam súpplico.* Praeterea huc traho eos uersus, in quibus *quoi homini* legitur, uelut Curc. IV, 4, 1. Men. III, 2, 9. Rud. IV, 5, 3. Trin. III, 1, 3., inter quae uerba qui ex uolgari pronunciatione intercedit hiatus, eum LINGIVS l. c. p. 54 sqq. ita remouere conatus est, ut in uoc. *homo* litteram spirantem H consonae naturam accipere censeret: sed cum multis aliis de causis haec res incertissima sit, tum inter exempla, quibus V. D. sententiam suam comprobare studuit, omnia ea concidunt, in quibus *quoi homini* legitur, si quidem mea sententia uera est. — Vs. 14. *persum Θps*: „*sinum*] Sic aiunt esse in Ms. Anglicano." PAREVS. *finfa Apg*: *adducit Infra Θpgs.* — Vs. 15. *exemplo Θps* [uice uersa erratum est Aul. II, 3, 9., ubi cum sententia aperte postulet *exemplo*, in *Ap* exaratum est *extemplo*, quod et ipsum perperam legitur in *ω*]: *perit ΘsΔ.* — Vs. 16. ita iam restituit CAMERARIVS, quem secuntur *πψω* Bo 1. GOELL.: *aut perit* [*petit Δ*] *aurum consciśsa* [*conciśsa Θs*] *AΘpsΔ*: *aut periit aurum aut* Bo 2. 3. insuaui hiatu. — Vs. 17. *redit ψ*: *bibam* em. GRVTERVS: *uinam Apg*: *uinum Θpgs*: *uinum ξπψ.* — Vs. 18. ita ut dedi *Θs*, aperte corrupte. In *Apg* tria ultima uerba cum priore parte sequentis uersus omissa sunt: *perpere Δ.* Multa coniecerunt VV. DD., nihil probabile. Hoc tamen recte monere Bo 3. uidetur, non esse hic inculcandas oues minas, de quibus Varro R. R. II, 2, 6. GESN.

Septenarii iambici, in quibus formae, quae in quaestione uersantur, *abiit*, *periit*, *rediit* leguntur, sunt hi: Capt. III, 2, 7. Epid. III, 2, 2. Merc. III, 1, 32. Rud. II, 4, 31. V, 2 [3 REIZ.], 23. 24.

Dédi Týndaro: ille abíit domum: inde ílico reuórtor.

Digitized by Google

Per hánc curam quiétó tibi licet ésse. hoc quidem iam périit.
† *Ego te redemi: ille me orauit: Animus rediit.*
Sed núnc ubist lenó Labrax? Periit potando opinor.
Ecquíd meministi in uídulo, qui périit, quid ibi infúerit?
† *Quid refert qui periit? Tamen si non hoc aliud fabulemur.*

Vs. 1. sequor HERMANNVM El. D. M. p. 314., nisi quod uir summus exhibuit *do Tyndaro* et *praeuortor*: retinui *dedi* cum ξπψω (uerosimile etiam *A* ita exhibere: *de ΞΩ*) ut monosyllabum, *reuortor* cum *Apg* ξπψω. Tum uersus est asynartetus (HERM. l. c. p. 149 sqq.). — Vs. 3. *te redemi ΩψΣ*: *redemi te* ξπω Bo 1.: uersus est aperte mancus: nam etiamsi cum Bo 2. 3. *med* correxeris, tamen manet hiatus post *redemi*. Fortasse igitur scribendum:

Ego té redemi, ille méd orauit: Núnc iam animus rédiit.

— Vs. 4. *perit ΩΞπψω* Bo 1. 2. — Vs. 5. *qui periit*, quod dedi cum REIZ. Bo., om. π: *qui perit* ξψω: *quod periit Ξ*: *quid perit Ω*: *ibi infuerit* restituit REIZIVS sequente Bo.: *infuerit ibi Ξπψω*: *quid infueret tibi ΔΘρ*: *et quid infuerit ibi Ω*. — Vs. 6. corruptus est; editorum uaria conamina restituendi referre taedet; uerisimillimum mihi uidetur, quod dedit Bo 3.:

Quid réfert, qui periit tamen, si núnc hoc fabulémur?

et probo quod annotat V. D.: „postquam scribi coepit *non*, addiderunt *aliud*, quod sententia poscere uideretur."

Restat *abiit* in tetrametro cretico: Curc. I, 2, 13.

Sino dúctim: sed hae ábiit, hac pérsequar.

Pro *sino*, quae uolgata lectio a *Apg* defenditur, DOVSA scribere malebat uocatiuum *sine*, fortasse ut remoueret molossum pro cretico, illum quidem hoc casu legitimum (HERM. El. D. M. p. 206.). De *sino*, uase potorio, cf. Curc. I, 1, 75. 82. Rud. V, 2, 32. Varr. L. L. V, §. 123. VIII, §. 21. Virg. Ecl. VII, 33. ibique Seruium. Non. Marc. p. 375, b.

Secuntur uersus, quibus *exiit* et *transiit* leguntur, quibuscum eos coniungo, qui *interiit* et *praeteriit* formas continent: Curc. V, 3, 4. Merc. I, 1, 40. Pseud. II, 4, 40. — Merc. II, 1, 3. Pseud. I, 3, 61. Stich. I, 3, 29.

Velút decem minás dum soluit, ómnis mensas tránsiit.
Princípio ut aetas éx ephebis éxiit.
Qui á patre aduenít Carysto, nécdum ex aedibus éxiit.
Velút ego nocte hac, quaé praeteriit, próxuma.
Mútuom argentúm? Quin nomen quóque iam interiit mútuom.
Orátio una intériit hominum péssume.

Vs. 1. *uel ut Ap*: *uel π*: *dum hic soluit πω* Bo. contra libros. — Vs. 2. sequor RITSCHELIVM Melett. Plautt. spec. onomat. p. 14., nisi quod uir summus in transcursu tantum monet, posse etiam hunc us. ita corrigi ut supra dedi, cum ipse ederet: *Princ. ut ex ephebis aetas exiit*; sed illud praetuli ob meliorem caesuram uersus: *principio atque animus phoebus etate exiit AΞ* Vrsinianus liber et RITSCHELII codex in Etru-

Digitized by Google

ria emptus: *prine atque an. etate exiit phoebus Θ: prine. atque animus ephebis actate exiit Ωξω.* — Vs. 3. *ex aedibus exiit* scripsi cum Bo.: *exiit ex aedibus* [Ω]ξτψω: *aedicbus Ap.* — Vs. 5. *Mutuom* cum *Ag* [*me tuum AΘp*] ex fine antec. us. in initium huius traxit GRVTERVS prob. Bo.: *qui nomen AΘpΩ: interit Ω.* — Vs. 6. *interit AΘpΩψ.*

Haec hactenus de formis in IIT exeuntibus. Quaerendum iam est, annon etiam exempla plenarum formarum (de compositis certe uerbi *eundi*) in IVIT exeuntium et contractarum in IT in Plautinis fabulis legantur. Et illas quidem fuerunt, qui praefracte a Plauto abiudicarent: LINDEMANNVS ad Capt. III, 1, 18. RITTERVS Elem. gramm. Lat. p. 147. KAMPMANNVS R. M. Pl. p. 33 sq., quorum VV. DD. opinio sane quam multum habet quo se commendet: nam aduersatur illis formis in IVIT longe frequentissimus usus alterius terminationis, aduersatur praeterea auctoritas librorum Palatinorum, quorum neuter, quantum quidem memini, ne uestigia quidem plenarum formarum demonstrat. Attamen hae causae non sufficiunt, ut, si loci sunt, qui etiam atque etiam inuitent ad recipiendam formam *abiuit*, pertinaciter eam repudies. Quae enim interna causa potuerit fuisse, cur necessario Plautus — qui *ambiuerit* dixit Amph. prol. 74. — illa forma *abiuit* plane abstinuisse censendus sit, ingenue fateor me non intelligere. Eiusmodi autem locus, cuius modo mentionem feci, in Plautinis fabulis extat unus, praeterea alter, qui, ubi illam formam *abiuit* probaueris, facilius corrigi posse mihi uidetur quam si *abiit* retinueris. Ille est Amph. prol. 125., hic eiusdem fabulae II, 2, 9.

Qui cum Amphitruone abiuit hinc in exércitum.
† *Noctem unam modo, atque is repente abiit a me*
hinc ante lucem.

Vs. 1. sic dedi cum ξπ [π in lemmate ann. *him* pro *hinc*] et SCHNEIDERO gramm. Lat. I. p. 759.: *abiit hinc Ap*[Ω]*ψω* LIND. admisso in thesi tertii pedis hiatu, quem in Plautinis senariis, nisi fortior interpunctio accedit [ud. supra p. 9.], tolerari posse praefracte nego: *hinc abiit indu* Bo. inducta incertissima forma: *hinc abit exere.* coni. LIND. in ann. Id numeri monstrum, quod in hoc us. RITTERVS l. c. sibi uisus est inuenisse, silentio transeo. In ea scriptura, quam dedi, prima syllaba *exercitum* uoc. corripitur uel, si id mauis, in pronunciando deuoratur; cf. eiusd. fab. prol. 140. *Nunc hódie Amphitruo uéniet huc ab exércitu.* I, 3, 6. *Séd ubi summus imperator nón adest ad exércitum.* Add. HERMANNI Opusce. II. p. 275. — Vs. 2. bacchiaco metro conscriptum esse euicit HERM. El. D. M. p. 297 sq. et correxit:

Noctem únam modo: atque is repénte abiit á me
Nunc hinc ante lúcem: cett.

in principio alterius us. de suo addens *nunc*: sed hoc *nunc* mirifice mihi uidetur languere; hac de causa fortasse praestet corrigere:

Noctem únam modo: átque is repénte hinc abiuit
A méd ante lúcem: cett.

Non dissimulo ipse, quam infirma, ne dicam infirmissima ratione haec mea defensio formae *abiuit* nitatur, et satis

Digitized by Google

superque apparet ex antecedentibus — singula enumerare exempla supersedeo — quantopere ne eiusmodi formas reciperem cauere studuerim; sed his duobus locis fateor me nondum aptam medelam inuenisse, qua de causa interim illam formam defendi. Multo contra solidiore fundamento nititur quaestio, quam nunc aggredior, de contractis formis perfecti in IT exeuntibus. En uersus Plautinos, quibus eiusmodi formae aut iam ab aliis restitutae aut restituendae sunt: Asin. II, 3, 15. III, 3, 152. Bacch. IV, 9, 26. V, 1, 27 [30 R.]. Men. III, 1, 5. Mil. Gl. II, 4, 23. 5, 6. Merc. IV, 3, 6. Rud. II, 2, 19. Truc. IV, 4, 31.

Quom uénisset, post nón redit? Non édepol: quid uolébas.
Illác per hortum círcumit clam, né quis se uidéret.
Doli égo deprehensus sum: ille mendicans péne inuentus ínterit.
Íd: perit cúm tuo atque ambo aéque amicás habent.
Átque abit ad amícam, credo, néque me uoluit dúcere.
Vnde éxit? Vnde nísi domo? Domó? Me uide: Te uideo.
Haec múlier, quae hinc exit modo, estne erilis concubina?
Perii hércle, rure iám redit uxór mea.
Data uérba ero sunt. léno abit sceléstus exulátum.
Ílle quidem hinc abít, abscessit. dícere hic quid uís licet.

Vs. 1. *uenisset* Λpg[Ω]$\xi\pi\psi\omega$ [π in ann. lemmate exhibet: *quom abiisset* et addit, libb. uett. alios habere *quom uenisset*, alios *quom auiisset*]; *iuisset* Bo. cum IVNT. et ALD. Mihi de ueritate scripturae *uenisset* scrupuli restant et ob accentum et ob significationem; nam quamquam in Gloss. Mss. Plaut. BOXHORN. haec glossa extat: „*uenisset* pro *iuisset*," tamen hinc nihil aliud concludere licet quam hanc antiquam esse corruptelam. *redit* scripsi uersus gratia iussu HERMANNI El. D. M. p. 153.: uolg. *rediit*. — Vs. 2. *circumit* scripsi cum $\Lambda p\psi$ Bo.: *circuit* [Ω]$\xi\pi\omega$: „*circumire* semper Plautus et Terentius, non *circuire*, neque elidunt M". BENTLEIVS ad Ter. Andr. I, 2, 31.: *uiderit* $\Lambda p\Omega$. — Vs. 3. *doli* em. ACIDALIVS prob. Bo. et RITSCH.: *dolis* uolg.: *interit* pro uolg. *interiit* necessario requirit metrum. — Vs. 4. creticus tetrameter acat. *perit* recte Bo. HERM. El. D. M. p. 213. RITSCH.: *periit* rell. — Vs. 5. *abit* Λp: *abiit* Θp. — Vs. 6. sequor RITSCHELIVM in prooem. Ind. scholl. Vratisl. 1839., qui annotat: „*exit* HERMANNVS: *EXITHAEC* (aut *EXITHVC*) l': *exit hac huc* $A\Theta$: *NISIDOMOMODOMEVIDENTEVIDEO* l': *nisi domo SC domo PA me uidente. uideo* $A\Theta$ et in Λ quidem litterae *e uideo* e corr.: *nisi domo? SC. domó? PA. uiden tu eam? SC. uideo* HERMANNVS: haud scio an uere." Attamen ego non diffiteor, illud nude positum *unde exit* mihi displicere, quo accedit auctoritas codicis l'; eo de causa *unde* pro pyrrhichio habere et scribere malim:

Vnde éxit hace? Vnde nisi domo? Domó? Me uide. Te uideo.

Digitized by Google

— Vs. 8. ud. supra p. 20. — Vs. 9. ***abit*** dedi cum *ΔΘp* Reiz. Bo. Herm. El. D. M. p. 153.: ***abiit*** rell. — Vs 10. ***hinc*** om. *Ω*: ***abit*** scripsi cum Goell.: ***abiit*** uolg.: ***abscessit*** ξπψω Bo 1. 2.: ***ascessit*** *Δp*: ***accessit*** *ΘpsΩ*: ***ac cessit*** Bo 3. cll. Cic. pro Mil. 34. ***ego eedam atque abibo***: non audio, talia enim Plautus *ἀσυνδέτως* ponere amat: ***quis uidelicet*** *AΘpsΩ*.

Ex hoc igitur satis amplo indice uersuum Plautinorum patet, quo iure Rittervs l. supra p. 6. cit. illam contractionem a lingua et litteratura Latina abiudicare conatus sit; iudicet nunc ipse V. D., utrum eius sententiam supra recte impugnauerim necne. Sed ne quis locos alienos huc referat, ipse iam supra p. 10. et 29. caui, ubi tres locos, quibus ***abit*** formam, quam pro contracto perfecto aut VV. DD. acceperunt aut facile aliquis accipere possit, dico Capt. IV, 2, 107. Mil. Gl. II, 2, 22. ibid. IV, 8, 21., praesens esse demonstraui. Restat ut idem demonstrem de tribus aliis locis, quorum uno perf. ***abiit*** a libris exhibetur, reliquis duobus perfecta ***adiit*** et ***periit*** ab editoribus inculcata sunt, quibus quartum adiungo, quo ***periit*** uerissime ab Hermanno sublatum est: Pseud. I, 3, 12. Mil. Gl. IV, 6, 7. Capt. III, 5, 32. Truc. I, 1, 26.

† ***It dies, ego mihi cesso. i prae, puere: Heus, abiit, quin reuocas?***
Audín quae loquitur? Aúdio quam laétast, quia adit ád te.
† ***Qui per uirtutem perit at non interit.***
Bis périt amator, áb re atque ab animó simul.

Vs. 1. ita ut dedi corrupte extat in [*Ω*]ξπψω nulla annotata uarietate lectionis: ***concesso*** *Θb* [?] Bo 2. 3.: ***abiit*** in ***abit*** recte mutat Bo. Illud ***concesso*** autem repudio propter locum geminum Epid. III, 2, 8. ***Mihi cesso quom sto.*** Scripserim igitur:

It dies, ego mihi cesso. i tu prae, puere: Heus, abit. quin reuocas?

cll. Curc. IV, 2, 1. — Vs. 2. dedi ut ξπψω Bo 1., quibus iterum nulla scripturae uarietas annotata est: ***quia te adit*** *ΘbΣ*: ***quae te adiit*** *Ω*: unde Bo 2. 3. ***quia ted adiit***, Lind. ***quia te adiit*** effecerunt; sed primum sententia perfectum respuit, deinde familiaris Plauto est locutio ***adeundi ad aliquem***, perrara ***adeundi aliquem***: cf. Parei Lex. Plaut. s. u. — Vs. 3. ***perit at*** uel ***peritat*** *Δpg*Σ[*Ω*]ξψω et Non. Marc. p. 286, a [ubi optimus cod. Wolfenbuttelanus exhibet ***perit aut non*** et in Leidensi *u* super *at* scriptum est]: ***peritat***, ***is*** duo codd. Vallae: ***perbitat*** coni. Camer. et Scaliger, prob. *π* et Bo. (at ***perbitare*** non est uerbum, sed ***perbitere***, et coniunctiuo locum non esse recte obseruat Lind.): ***periit***, ***at*** Lind. „***at*** notissimo usu fere idem quod ***saltem***." Contra hanc Lindemanni coniecturam moneo, ***percundi*** et ***intereundi*** notiones in hac sententia in eadem, ut ita dicam, esse linea, et cum sententia generalis sit, utroque loco tempus praesens necessario requiri. Mihi probabile uidetur, optimos libros Nonii uestigia genuinae scripturae seruasse: illud ***aut*** enim nihil aliud est nisi ***haut***, ita tamen ut ***at*** particulam non repudiem; postquam illud ***haut*** oblitteratum est, doctuli librarii, quod sententia negationem postularet, inculcabant ***non***, quod delendum est. Sic hunc us. ad hunc fere modum corrigo:

Qui pér uirtutem périt, at haut is interit.

— Vs. 4. ita ut dedi correctus est ab Hermanno El. D. M. p. 132., cum

uolgo legeretur: *Bis periit amator ab re atque animo simul: periit ΘsξΞψω: atque ammo Θs: atque animo ξψω: atque ab animo π.*

Denique affero unum uersum, a quo, quod iam saepius feci, manum abstinui: Cas. III, 5, 54.

† *Mea? non adiit atque ademit? Nemo audet prope accedere.*

Sed nondum actum est, beneuole lector. Hae enim omnes quas hucusque tractaui formae tertiae sing. perf. pers. descendebant a uerbis cum *eundi* uerbo compositis. Quid uero statuendum de formis eiusdem personae reliquorum uerborum quartae declinationis? Constanter utitur Plautus plenis formis littera V non electa, dicit e. g. *sciuit* (Curc. IV, 2, 23.), *resciuit* (Merc. IV, 6, 4.), *imposiuit* (Rud. II, 3, 27.), *petiuit* (Cist. I, 1, 57.), *quiuit* (Amph. V, 1, 52.) cett.: unius tantum memini uersus, ubi *tinniit* (pro qua forma, si perfecto uti uolebat Plautus, *tinniuit* dicere debebat) ab editionibus uolgatis exhibetur, sed ut statim uidebimus iniuria: Trin. IV, 2, 162 [1006 Herm.].

Nunquam édepol temere tinniit tintinnábulum.

Sic ξψω Lind.: sed *tinnit* praes., quod et sententia et metrum (nam pes bacchius pro iambo in senariis iambicis inauditus est) et liber Ap (qui habet *temere tinnitinnabulum*: *tinnit* om. ΘpΞΩ) postulant, uerissime restituerunt Herm. et Bo.

Tandem denique pergo ad secundam singularis perfecti personam. Et huius quidem personae tres terminationes apud Plautum in usu sunt: IVISTI, IISTI, ISTI: sed certis unaquaeque locis destinata. Primam enim plenam terminationem constanter poeta noster usurpat in omnibus uerbis quartae coniugationis exceptis compositis uerbi *eundi*: sic *exciuisti* (Cist. I, 1, 114.), *insaniuisti* (Mil. Gl. III, 1, 160.), *dispertiuisti* (Aul. II, 5, 5.), *audiuisti* (Rud. II, 3, 25. Stich. I, 3, 91. Aul. III, 6, 2. [ubi cum Bo 1. scribe *audiuistin*']) cett. Hinc apparet, loco Rud. IV, 3, 54 [64 R.] Reizivm perperam formam *audisti* intulisse pro ea, quam libb. exhibent, *audiuisti*; scribendus ille uersus uidetur:

Quid, tu nunquam audiuisti antehac núdulum piscém? Scelus.

Volgo enim, in ξψω Bo 3., legitur: *audiuisti esse antehac*, qua lectione metrum iugulatur: cui ut succurreret Reizivs dedit *audisti*, quod recepit Bo 1. 2., ut modo uidimus, iniuria. Quamquam locutionis *audire aliquid* pro *audire de aliqua re* exempla non statim in promptu habeo, tamen non dubito, quin apud Plautum hoc liceat.

Reliquis duabus terminationibus IISTI et ISTI utitur Plautus in uerbis cum *eundi* uerbo compositis tam constanter, ut plenae formae plane nullum uestigium extet, hoc tamen discrimine, ut illa locum habeat, si praepositio uerbi, haec contracta, si paenultima formae sub ictu cadat. En primum uersus, quibus *abiisti* et *periisti* formae — nam hae duae solae occurrunt — leguntur: Amph. II, 2, 59. 105. Asin. II,

Digitized by Google

1, 3. Capt. III, 4, 5. Cas. II, 6, 41. V, 4, 3. Bacch. IV, 9, 9. Men. II, 3, 63. Mil. Gl. III, 2, 15. Poen. scen. ult. 10. Rud. IV, 4, 12. Trin. IV, 3, 3 [1012 Herm.].

Quí non abiisti ád legiones, íta utí dúdum díxeras.
Prímulo dilúculo abiisti ád legiones: Quómodo?
Iám diu factumst, quóm discessisti áb ero atque abiisti ád forum.
Vtinám te di prius pérderent, quam périisti e patriá tua.
Périisti: Animum aduórtite, ámabo: Táceo: Nunc tu, Cleóstrata.
— v — periclum. periisti hércle. age accede húc modo.
O Tróia, o patria, o Pérgamum, o Príame, periisti, senex.
Périisti, si intrássis intra límen: Quin tu táce modo.
Procéde huc: periistí iam, nisi uerúm scio.
Qui hasce émi: Et tute ípse periisti, Lyce.
Ábiisti hinc erum árcessitum? Ego ís sum: Quid nunc uís tibi?
Ádde gradum, adproperá. iamdudum fáctumst, quom abiistí domo.

Vs. 1. *abisti* $A\rho\Omega\psi$. — Vs. 2 *abiisti* scripsi cum Ξ Lind. Kampm. R. M. Pl. p. 9. 33.: *abisti* $A\rho\Omega\psi$: *abiuisti* $\xi\pi\omega$ Bo. — Vs. 3. *diu factumst* scr. cum Bo. pro uolg. *diu est factum*: *discessisti* de meo dedi: uolg. *discesti*, qua forma Plautus non est usus: *abisti* $\Omega\psi$. — Vs. 4. uehementer errat Lind., cum dicit: „*perduint* Cod. Cam.": recte omnes libb. *perderent*: *peristi* Ω. — Vs. 5. *peristi* $A\rho\psi$: *amabo* $A\rho[\Omega]\xi\pi\varphi\omega$: *ambo* Bo. — Vs. 6. *periclum* et *modo*, quae uolg. om., accesserunt ex *I*'m, qui exhibet: ***PERICVLVMPERISTI***: correxit Bo 2. 3., quem secutus sum. — Vs. 7. iam Lambinvs bene comparauit cum uersu illo ex Ennii Andromacha (non Hecuba) a Cicerone Tusc. Disp. III, 19, 44. seruato [p. 236. Hessel.]: *O pater, o patria, o Priami domus*. Quid uero si nostro Plautino loco ad augendam allitterationem restituamus Aeolicam nominis Priami formam *Πίρραμος* siue *Πίρραμος* (quade cf. H. L. Ahrentem de diall. Acoll. p. 55 sq. not. 24.)? ut totus us. ita audiat:

O Tróia, o patria, o Pérgamum, o Pérame, periisti, senex.

— Vs. 8. *periisti* Θb Bo.: *peristi* vell.: *quin tu tace* ΩBo 3.: *quin tace* vell. — Vs. 9. *periisti iam* scripsi cum $\xi\omega$ Bo.: *peristi iam* $\Omega\pi\psi$: *iam peristi* Lind. — Vs. 10. dedi ex *I*'m, nisi quod ***PERISTI*** exhibet. Hiatus post *emi* excusationem habet. — Vs. 11. *abisti* omnes praeter Reiz. et Bo. — Vs. 12. *abiisti* dedi de meo pro uolg. *abisti*, quam lectionem tolerari posse non negauerim, ita tamen ut ea, quae Lind. ad h. l. de correptione paenultimae *abisti* uoc. dicit, prorsus improbem, item ea, quae ad IV, 2, 143., ad quam ann. prouocat, de correptione paenultimae *abire* uoc. nugatur.

Denique affero eos locos, quibus formae in ISTI exeuntes leguntur: Cas. III, 5, 12. Most. I, 3, 28. II, 1, 28. Poen.

I, 2, 142. III, 5, 34. Stich. IV, 2, 51. Trin. IV, 2, 86 [928 Herm.]. Truc. II, 8, 4.

Perii: Quid peristi? Perii ét tu peristi.
Peristi: quot promíseram tibi dóna, perdidísti.
Válet illic quidem atque égo disperii: Disperistí? quí potest?
Iam hércle tu peristi, nisi illam míhi tam tranquillám facis.
Peristi, leno, nam íste est huius úlicus.
Iámne abisti? Gélasime, uide quíd capturu's cónsili.
Quós locos adísti? Nimium mírimodis mirábiles.
Quibus té donaui? iámne abisti? hem, síc datur.

Vs. 2. *peristi* scripsi cum Λ2pψ Bo.: *periisti* Λ1pξπω: *periit* Ω: *quot* dedi de meo: *quod iam prom.* ξπψ: *iam* om. ΛΘp[Ω]: *dona* ΛΘpgΩψ: *dono* Λ2pgξπ: *donum* ω. — Vs. 3. iam supra p. 24. tractaui et tentaui. — Vs. 4. laudat Bentleivs ad Ter. Ad. IV, 1, 18. — Vs. 6. ita ut dedi exhibent omnes praeter Bo., qui corrigit: *Iamne abis tu?* et in Annott. ad Poen. 547 [III, 3, 65.] aliquot similes uersus affert: Pers. I, 1, 51. *iamne abis? bene ambulato.* Rud. II, 7, 26. *Iamne abis? uenalis illic ductitauit, quisquis est*: quibus add. Most. IV, 2, 74. Men. II, 3, 86. et alios locos. Sed inconsiderate hoc egit Bothivs; uolgata scriptura satis defenditur a Truc. II, 8, 4., huius exemplorum compagis us. 8. In accentu autem nominis *Gélasimé* non offendes, postquam ex *Ir* uersui hunc antecedenti (Stich. IV, 2, 50.) sanitas reddita est: *Núnc ego nolo e Gélasimo mihi té fieri Catagélasimum.* Tum *quid capturu's consili* de meo scripsi pro uolg. *quid es capturus cons.* — Vs. 7. *adistis* ψ: *mirimodis* em. Herm. uolg. *miris modis.* — Vs. 8. *abisti* ΘsΩψ Bo.: *abiisti* ξπω: *em sicoatur* ΛΘps.

Postremo duos adiungo uersus, quorum de altero nihil audeo statuere ob nimiam deprauationem: Cist. II, 3, 39., qui in Λpg ita extat:

† *Agis nugas: peristine hercle hoc longe dedísti,*

in quibus litterarum ductibus senarius iambicus latet; altero uolgata lectio *peristi* permutanda est cum futuro *peribis*: Mil. Gl. II, 4, 50.

Resipísces. si ad erum déuenat haec rés, peribis púlcre.

Sequor Ritschelivm in prooem. Ind. scholl. Vratisl. 1839., quae scriptura utut incerta sit, quandoquidem iam in *Γ* hic us. corruptus extiterit, tamen id certum est, *peribis* genuinam esse lectionem.

Sequitur secunda persona pluralis perfecti, in qua sola terminatio ISTIS Plauto in usu est, his quidem locis: Amph. III, 3, 7. Capt. III, 5, 91. Cist. I, 1, 8. Mil. Gl. II, 2, 8. Rud. III, 5, 33.

Séd age, respondé iam, uos redístis in concórdiam?
Peristis, nisi iam hunc é conspectu abdúcitis.
† *Eo ego uos amo et eo a me magnam inistis gratiam.*

Digitized by Google

Dicat, disperístis, ni usque ad mórtem male mulcássitis.

Perístis ambo. si ápellabit quémpiam.

Vs. 2. *peristis* scripsi cum Ω Bo. Lind.: *periistis* rell.: *nisi iam hunc* em. Bo.: *nisi hunc iam* uolg.: *ni hunc iam* Lind. Tum admodum procliuis eram ad corrigendum *abduxitis* (ut *induxis* Capt. I, 2, 46. = *induxeris*) collatis eiusmodi locis ut Mil. Gl. II, 2, 8 (huius exemplorum compagis us. 4). Most. I, 3, 55. *perii hercle, ni — enicasso.* Men. II, 3, 63. *periisti, si intrassis.* Rud. III, 5, 31 sqq. *ni — inuitassitis, — peristis.* Sed *abduceitis* praesens satis hi duo loci tueri uidentur: Mil. Gl. III, 2, 15. *periisti iam, nisi uerum scio.* Poen. I, 2, 142. *peristi, nisi — facis.* — Vs. 3. *eo ego uos* uolgo antecedenti uersui annectebantur; trochaicum septenarium reduxit Bo.; sed in hac scriptura hiat alterum *eo*: ea de causa scribere malim:

Éo ego uos amo ét eo a med inístis magnam grátiam.

— Vs. 4. *peristis* Ω: *male mulctassitis* ξ: *mulcassitis male* ψ: *mulcasitis* $A\Theta$p: *male mulctatis* Ω: *male mulcassitis* cum $A\Theta$g rell., etiam Bentl. ad Ter. Eun. V, 8, 34. — Vs. 5. *quampiam* π Bo I. 3. contra $A\Theta$p: et ipsum *quempiam* femininum significat, qua de re ud. Non. Marc. p. 134, 3. Ruhnken. ad Iul. Rufinian. p. 262.

Infinitiuorum perfecti iterum tres terminationes apud Plautum usitatae sunt in IVISSE, IISSE, ISSE. Etiam in hac forma composita uerbi *eundi* mire discrepant a ceteris eiusdem declinationis uerbis; nam cum illorum infinitiui perf. tantummodo in IISSE aut ISSE exeunt eodem discrimine, quod supra p. 41. ad secundam pers. sing. perf. significaui, quo in his infinitiuis ea condicio accedit, ut in eis, qui in IISSE exeunt, ultima littera E sequente uocali elidatur; reliqua uerba eosdem infinitiuos aut in IVISSE aut in ISSE effingunt. Sic utitur Plautus formis *resciuisse* (Aul. IV, 10, 40.), *expetiuisse* (Cas. II, 7, 7.), *quaesiuisse* (Cist. V, 3.), similibus, quarum ad analogiam restituendum est *inaudiuisse* hic duobus locis: Aul. II, 2, 88. Merc. V, 2, 103.

Crédo ego illum iam inaúdiuisse, mi ésse thesaurúm domi.

Nil mentitust: Séd de amica inaúdiuisse se aútumat.

Vs. 1. *iam illum* $\Omega\xi\pi$ inuitis libris: *inaudiuisse* dedi ex Nonio Marc. p. 341, b: *inaudiisse* $\Omega\xi\pi\psi$: *inaudisse* ω Bo.: *indaudisse* Goell. Quamquam formam *indaudire* haudquaquam damno, quae summo iure Capt. prol. 30. Merc. V, 2, 100. [ubi Bo. recte interpretamentum *ibi* deleuit] et Stich. I, 2, 19. ex deprauata libb. Palatt. scriptura *inde aud.*, non minus recte dissentientibus libris Most. III, 1, 11. Mil. II, 2, 56. 5, 32. restituta aut restituenda est (fallitur et hac de re Ritterus Elem. gramm. Lat. p. 136): tamen h. l. cum Nonio formam *inaudiuisse* sine illo D paragogico tueor. *thensaurum* ψ: *domum* Ω. — Vs. 2. ita ut dedi ueris sime restituit Bo.: *se inaudisse* $A\Theta$pΩ: *sese inaudisse* $\xi\pi\psi\omega$.

Eiusdem uerborum classis infinitiui in ISSE exeuntes his locis leguntur: Capt. V, 4, 26. Cist. II, 3, 32. Most. II, 2, 4. Mil. Gl. III, 1, 135. Truc. II, 7, 21.

† *Nunc edepol demum in memoriam regredior audisse me.*
Quo illám dedisset, éxquisisse opórtuit.
Scies ímposisse in úndam, haut causast ílico.
Ítidem diuos dispertisse uítam humanam aecúm fuit.
Áttat, eccam, adést propinque. crédo audisse haec mé loqui.

Vs. 1. *audissem me* Δp. Sed et a metro (*regrediōr*) et a sententia (ud. us. antecedentem) hic us. laborat, qua de causa admodum inclino in Bothii sententiam, qui ex hoc et antecedente uersu unum fingit:

Núnc edepol demum in memoriam régredior, quom cógito:

nisi grauior corruptela latet. — Vs. 2. *quo* ΔpgΩπψ Bo.: *qoi* ξ: *quoi* ω. — Vs. 3. *si es inposisse* ΔΘp: *imposuisse* ξπψ: qua perfecti forma, ut utar uerbis Kampmanni R. M. Pl. p. 18., neque in simplici uerbo neque in compositis unquam usus est Plautus: *hau causa ilico'st* Δ1 Θp: *haud c. i.* Δ2p: quod posui, debetur ξπ et Scriverio. — Vs. 4. *disperdisse* ΔΘpΩ. — Vs. 5. *ecam* ΔΘp: *ecā* Θs: *credo*] *cre* Θs: *audisse* scripsi cum Bo.: *audiuisse* ΔΘpsΩψ: *audiisse* ξπω. An ut codd. lectionem tuearis, scribendum est:

Átat, eccam, propinque adest. credo aúdiuisse haec mé loqui. —?

Aggredior infinitiuos perf. uerborum cum *eundi* uerbo compositorum et primum enumero locos, quibus *abiisse*, *adiisse*, *periisse*, *rediisse* formae obueniunt: Aul. V, 7. Merc. I, 2, 110. IV, 5, 2. Rud. II, 4, 31. Stich. IV, 1, 3. Trin. IV, 2, 96 [939 Herm.].

Crédo ego illum ut iussi, ĕámpse anum adiisse, huíus nutricem uirginis.
Ábiisse a portú? Quin ea ego huc praécucurri grátia.
Rus ábiisse aibant. núnc domum renúncio.
Quos périisse ambos mísera censebam in mari.
Rédiisse ambos uídeo bene re gésta, te et fratrém tuom.
Quási dicas, si quíd crediderim tibi, pax, periisse ílico.

Vs. 1. *ego* temere om. Bo 3.: *adiisse* scr. cum Bo.: rell. *adisse*, quod si tueri uis, transpositione opus est *adisse anum*. — Vs. 2. *quinne ego huc* Δp: *quin ego huc* ΘpΩ. — Vs. 3. *abisse* ΔΘpψ: *aibant* scr. cum Bo. pro uolg. *aiebant*. — Vs. 4. *perisse* Ξ. — Vs. 5. sequor Bo 2. 3.: uolg. *redisse* (*rediisse* π) *uideo bene gesta re ambos*, *te* cett. — Vs. 6. *perisse* Ξψ Lind.

Deinde sub examen uoco eos locos, ubi *abisse*, *adisse*, *perisse*, *redisse*, *interisse* in Plautinis fabulis leguntur, eosque locos ita diuisi, ut absoluto trochaico metro ad iambicum transirem. Illo metro conscripti sunt hi uersus: Amph. II, 2, 126. Asin. V, 2, 51. Curc. I, 2, 43. Bacch. III, 3, 81. Most. II, 1, 2. IV, 2, 73 [4, 50 ψ]. Mil. Gl. II, 2, 22. IV, 4, 31. Merc. III, 4, 9. Stich. IV, 2, 7. Trin. III, 1, 17 [617 Herm.]. IV, 3, 19 [1028 H.]. V, 2, 54 [1178 H.].

Digitized by Google

Tún' me heri aduenísse dicis? Tún' te abísse hodie híne negas?
Quíd quom adest? Perísse cupio: Ámat homo hic te, ut praédicat.
Iámne ego huic dicó? Quid dices? Mé perísse: Age díce: Anus audi.
Nám ego illum perísse dico, quoi quidem períit pudor.
Mé perísse et Philolachetem cúpit, erílem fílium.
Alio credo cómissatum abísse, abeamus núnc ïam.
Mé perísse: Vbi abít, conclamo: heus quíd agis tu, inquam, in tégulis?
Hínc senem abs te abísse, postquam féceris diuórtium.
Iám redísse a pórtu potuit. íd illi uítium máxumumst.
Péregre te in patriám redísse sáluom: Salue, Gélasime.
Vtínam te redísse saluom uídeam, ut inimicós tuos.
Quin tu quod períit perísse dícis? cape norsóriam.
Récte. tuom patrém redísse sáluom peregre gaúdeo.

Vs. 1. *abiísse* Ξ Lind.: *hodie* om. Ω. — Vs. 2. *perísse* scripsi pro uolg. *periísse*: *hic te* omnes libb.: *te hic* ξπ. Versus est asynartetus. — Vs. 3. ita recte octonarium troch. restituisse uidetur Bo.: *perísse* Ωψ: *periísse* rell. — Vs. 4. ud. supra p. 30. — Vs. 6. *commissatum* Δ1p: *commessatum* Δ2p [etiam apud Varr. L. L. VII, §. 89. cod. Gothanus praebet *comessatio* et in Martialis libris saepissime utraque scriptura permutatur; sed ud. C. L. Schneider. gramm. Lat. I. p. 420.]: *abiísse* ξπ. — Vs. 7. *perísse* dedi cum ΞΩψ Lind.: *periísse* rell.: *abit* scripsi cum Lind. Bo 3. pro uolg. *abiít* [ud. supra p. 10.]: *eequid agis* ΑΘpψ: *in tegulis* om. ΑΘgp (Anall. Plautt. p. 410.) Ω: habent Γm Ξ, Angelii et Aldi editt. cum ξπ. — Vs. 8. *abísse* scripsi cum ΑΘpΩψ: *abiísse* rell. — Vs. 9. *iam* om. ψ suasu Acidalii, qui hanc particulam in antecedentem uersum intulit: *redísse* scripsi cum ψ pro uolg. *rediísse*: tum transposui cum Bo. uolg. *a portu rediísse*: iniuria autem idem Bo. *illi* mutauit in *ei*. — Vs. 10. *te* om. Ωξπ: habent ΑΘp: *saluam* ψ errore (ud. Anall. p. 705.): *saluo* Bo., quod non intelligo: bene se habet duplex *saluom* in ore parasiti. — Vs. 11. *salum* Δp: *saluam* Θp. — Vs. 12. tractaui et tentaui supra p. 31. — Vs. 13. *rediísse* ξπω.

Secuntur senarii iambici, qui illas formas continent: Aul. II, 4, 21. Capt. III, 5, 21. 35. Bacch. IV, 9, 122. Men. III, 3, 32. Merc. II, 1, 42. Poen. prol. 68. Rud. prol. 65. I, 2, 50. Stich. III, 1, 10. Truc. III, 2, 2.

Sĭam rém perísse séque eradicárier.
Abísse eum abs te méa opera atque astútia.
Vel te interísse uél perísse praédicent.
Si plús perdundum sít, perísse suáuiust.
Vt sí qui sequántur, hác me abísse cénseant.
Vnúm quidem hercle iám scio, perísse me.
Quoniám perísse síbi uidet gnatum únicum.

Digitized by Google

Lenónem abisse. ád portum adulescéns uenit.
Vt uérba praehibes, mé perisse praédicas.
Quoniám redisse béne re gesta mé uidet.
Strabácem non redisse, nisi si clánculum.

Vs. 1. *perisse* scripsi cum ψ GOELL. pro uolg. *periisse*. — Vs. 2. *abisse* Ω LIND.: *abiisse* rell. — Vs. 3. *interiisse* — *periisse* ΩΞ. — Vs. 4. *periisse* ΘΞ Bo. RITSCH. in edit. mai. — Vs 5. *ut si qui* ΔΘp[Ω]ψω: *ut qui* ξπ: *si qui* Bo., *ut* particula antecedenti uersui annexa, contra morem illum Plautinum, de quo bene disputat KAMPMANNVS R. M. Pl. p. 30.: *sequatur* ΔΘpg, quod fortasse retinendum est cll. Ter. Eun. prol. init.: *Si quisquam est, qui studeat —, in his* cett., ubi quod BENTLEIVS corrigebat *studeant*, iure uapulat HERMANNO Opuscc. II. p. 271 sqq.: *abisse* correxi: *abiisse* uolg. — Vs. 6. *perisse* de meo scripsi. — Vs. 7. *quoniam* ΔΘpgω Bo.: *cum iam* ξπ: *quom iam* ψ: *perisse* Θpb Bo.: *periisse* cum Δp rell. — Vs. 8. *abisse* Δp: *abiisse* ΘpsΞΩ Bo 2. 3. et KAMPM. R. M. Pl. p. 33.: *abinisse* ξπψω REIZ. Bo 1. Quamquam non nego, hiatum post *abisse* — nam haec lectio sine dubio uera est — tolerari posse ob eam rationem, quam iam saepius attuli, tamen me male habet uocula *ad* sub ictu cadens; itaque scribere propono hunc us. cum sequente:

Lenónem abisse. ad pórtum quom adulescéns uenit,
Illórum nauis lónge in altum abscésserat.

Quam facile illud *quom*, postquam mutatum est in *cum*, ob similitudinem syllabae antecedentis excidere potuerit, facile est ad uidendum. Ceterum si haec mea emendatio uera est, addatur hic uersus eis, quos supra p. 9 sq. de usu praesentis post particulas temporales attuli, quorum numerum iam nunc aliquot exemplis augere libet: Rud. prol. 67 sq. *Ego quoniam uideo — tetuli.* ibid. II, 3, 36. *De náui timidae ambae in scapham insilúimus, quia uidémus* cett. [ita enim, ut dedi, initium huius us. scribendum uidetur, cll. prol. 75. *De. náui timidae desiluerunt in scapham*: uolg. illo us. *E nauí*: *Nauis* sine praepos. ΔΘpΞΩ]. — Vs. 9. *prehibes* ΔΘp: *perhibes* ΞΩξπ: cf. Asin. I, 3, 36. 53.: *perisse* scripsi cum Ξψ et BENTLEIO ad Ter. Phorm. II, 3, 21. — Vs. 10. *redisse bene re gesta* scripsi cum Bo 2. 3.; cf. Stich. IV, 1, 3.: *bene re gesta redisse* ΔΘpΩψ Bo 1: *re bene gesta redisse* [*redíisse* π] ξπω: *bene gesta re redisse* BECKER. de comm. Romann. fabb. p. 109. (ubi errore *uident* bis expressum est); at *bene gesta re* nunquam Plautus dixit, sed aut *bene re gesta* aut *re bene gesta* aut *re gesta bene*: ud. KAMPM. R. M. Pl. p. 17. — Vs. 11. *redisse* ΔΘpsΩ.

In septenariis denique iambicis illae infinitiui perf. formae occurrunt his locis: Curc. IV, 2, 44. Cist. fragm. Ambros. p. 19, 7. MAI. 431, 1. Bo 2. Mil. Gl. II, 4, 45. IV, 6, 9. Pers. II, 4, 29. Rud. II, 3, 64.

Per ísse credo: quíd id mea refért? ego argentum habeo.
Nimis ópportune mi éuenit redísse Alcesimárchum.
Scin té perisse? Núnc quidem domi cértost. certa rés est.
Permírum ecastor praédicas, te adísse atque exorásse.
Hercle illum abisse gaúdeo: forem áperite. ecere aútem.
Nunc eám cum naui scílicet abísse pessum in áltum.

Digitized by Google

Vs. 1. *perisse* de meo scripsi pro uolg. *periisse*: . *id* om. Bo 3. ingulans sententiam; cf. e. g. Rud. I, 2, 88. *quid id refert tua?* — Vs. 2. *mi* correxit Bo.: *MIHI I'm.* — Vs. 3. ita scripsi suasu RITSCHELII in prooem. Ind. scholl. Vratisll. 1839., qui addit hanc uarietatem scripturae: „*perisse nunc Θ*: *perisses sed nunc Λ1*: *perisse sed nunc Λ2*, i. e. *perisse SC. nunc*: *CERTOESTCERTA Γ*: *certo SC. certa ΔΘ*." — Vs. 4. *adiisse* Bo 3.: *orasso ΔΘ*1p: *exorasse Θ*2p. — Vs. 5. *abisse* dedi cum *ψ*: *abiisse* rell.: *forem* de coniectura scripsi: *fores aperitecere Δp*: *fores* [*foreis π*: *foris ψ*] *aperite. eccere ξπψω* et ut uidetur *Θ*: *fores* [*foris* .Bo.] *aperite. ecce Ω* Bo. De sing. *forem*, quem reduxi, cf. Bacch. IV, 7, 35. *Forem hánc pauxillulum áperi: placide, né crepa* [ut procul dubio scribendum: *pauxillum* RITSCH.]. Stich. I, 2, 30. *sed apertast foris.* Denique *eccere* scripsi pro *eccere*, quia ad illam formam longe plerisque locis cod. *Λ* ducit: *eccre autem* coniunctim legitur etiam Mil. Gl. II, 2, 52., ad quem locum quod LINDEMANNVS inter *eccere* et *eccere* statuit discrimen difficile cuiquam persuadebit; ud. MVELLER. ad Paul. Epit. Fest. p. 78. — Vs. 6. *eam* omnes ante REIZIVM, qui scripsit *eum*, scil. *uidulum*, puto ob us. 66. *atque eum excepisse*; sed sicut hoc altero loco recte locum tenet *eum*, cum praecedat *ibidem*, h. e. *in uidulo*, quo illud *eum* per synesin refertur; ita nostro loco *eam*, sc. *cistellulam*, quae est notio primaria, cedere non debet. Video idem sensisse KAMPMANNVM Annott. in Pl. Rud. p. 24. Tamen *eum* retinuit Bo 2. 3. Tum *abisse* scripsi cum *Δpψ* Bo 1.: *abiisse ΘpsΞΩ* Bo 2. 3. KAMPM. R. M. Pl. p. 33.: *abiuisse ξπω* REIZ. Versus autem est asynartetus.

Manum abstinui a loco Curc. I, 2, 38., qui in *ψ* ita exhibetur:

Perisse ut te dicas: Male tibi di faciant.

Eximendum est ex numero horum uerborum, quae modo tractaui, unum compositum uerbi *eundi*, cuius infinitiuum perfecti duobus locis probabiliter in IVISSE restituisse mihi uideor: dico uerbum *ueneundi*, inf. perf. *ueniuisse*: Pseud. IV, 6, 28. Stich. I, 3, 79.

Eam uéniuisse míliti Macedónio.
Haec uéniuisse iám opus est quantúm potest.

Vtroque us. uolg. *neuisse*: priore tum, ut uersus staret, *eam* iambum efficere accipiebatur; sed hoc initio senarii Plautini unquam locum habuisse nego: uerissime enim HERMANNVS praef. in Trin. p. XVI. monet, primum pedem scenariorum pondus ac multitudinem syllabarum desiderare. — Altero us. *si uenisse* uel *naenisse*, quod libri exhibent, tueri uelles, uersus numerus omnino non staret; quod uero Bo. dedit *ueniisse*, et hoc Plautum scripsisse nego: nam deest ea condicio, quam supra p. 44. in his infinitiui formis necessariam esse dixi, ut ultima littera E sequente uocali absorbeatur. Tum uero etiam bene considerandum est, huius uerbi *ueneundi* compositionem diuersam esse a ceteris uerbi *eundi* compositis, quorum altera pars praepositio est: *uenire* autem siue *uenum ire* comparandum est cum *pessum ire* (quod legitur Cist. II, 1, 12.), et uehementer dubito, num Plauti temporibus utrumque uocabulum iam in unum coaluerit, ut illi duo uersus potius ita scribendi sint:

Eam uénum iuisse míliti Macedónio.
Haec uénum iuisse iám opus est, quantúm potest.

Quid quod apud ipsum Terentium (Andr. I, 2, 31.) *circum ítio* diremptum legitur? His de causis nescio an etiam tertio loco Plautino, qui solus, si recte memini, praeter illos duos infinitiuum *uenisse* a *ueneundo* seruat,

Digitized by Google

haec forma *ueniuisse* seu *uenum iuisse* restituenda sit: Pers. IV, 4, 102., quem uersum cum libri ita exhibent:

Venisse huc, aderit hic et me absentem redimet: Quid nunc? Quid est?

ego in hunc modum correxerim:

Vénum iuisse huc, áderit et me abs té redimet: Quid núnc? Quid est?

Nam infinitiuum illum esse a *ueneundi*, non a *ueniendi* uerbo, quod uolgo accipitur, uere monet Dovsa filius; sed non erat cur corrigeret *uenisse hic*: nam illud *huc* similiter dictum est ac Rud. III, 4, 21. *huc arido argentost opus.* ibid. V, 3, 31. *dandum huc argentumst probum.* Tum *abs te* pro *absentem* egregie restitutum legitur apud Bo.: de structura uerborum *emendi* cum praep. *ab* cf. Kampmann. Annott. in Pl. Rud. p. 14 sq. et Haasivm ad Reisig. l. c. §. 405.

Accedo ad postremam huius commentationis quaestionem de plusquamperfecto coniunctiui. Huius quidem formam in IVISSEM exeuntem non memini in Plautinis fabulis repperisse: restant terminationes IISSEM et ISSEM, quarum qui sit usus, ex eis quae hucusque disputaui, facile cuiuis uni patebit. Solos enumero locos: Aul. IV, 6, 3. Trin. IV, 2, 150 [994 Herm.].

Ni súbuenisset córuos, periissém miser.
Dí me perdant, sí te floccifácio, an periissés prius.

Vs. 1. *perissem* Ωξπ. — Vs. 2. *di me perdant* ex Lambini coniectura reduxit Hermannvs pro uolg. *di te perdant*: *etsi floccifacio* ex Acidalii (in Trin. diuinatt. c. 8. p. 523.) coni. ψω: *si te floccif. post π*: *periisse* ΛΘpgΞΠ: *perisses* ψ. Ceterum de structura *si te floccifacio an periisses* similia exempla Plautina collegit Bothivs Annott. in Amph. 352 [I, 3, 10.]; cf. Reisigii lib. de gramm. Lat. §. 381. cum Haasii ann. 554.

Amph. III, 2, 67. Epid. III, 2, 20. Bacch. IV, 9, 30. Pseud. IV, 1, 8. Rud. II, 6, 50. Stich. V, 5, 2. Trin. IV, 3, 79 [1088 Herm.].

Redíssem saluos, éa ego ut exoluam ómnia.
Vt quóm redisses, né tibi eius cópia esset: Eúge.
Signum ex arce sí perisset; álterum etiam est Tróili mors.
Hém, te hercle ego circúmspectabam. nímis metuebam, mále ne abísses.
† *Vt quom exissem ex aqua, arerem tamen.*
Vt ego hic iamdudúm simitu exíssem uobiscúm foras.
Mále disperii: Crédidi aegre tíbi id, ubi audissés fore.

Vs. 1. *ut*, quod uolgo omittitur, addiderunt Bo. Lind., sed non debebant delere initio us. antecedentis, quam eandem sententiam esse Kampmanni R. M. Pl. p. 7. postea uidi. — Vs. 2. *ut quom* siue *ut cum* omnes libb. cum ΛρΩ Bo. Iacob.: *uti tu quum* ξπψ: *uti quom* ω. — Vs. 4. *abisses* scripsi cum ψ Bo.: *abiisses* rell. — Vs. 5. *VTQVOM* ΓmΞΠΩ et ut uidetur ΛΘ: *uti cum* uel *quom* ξπψω Reiz. Bo.: *exissem* ΘsΞΠΩψ: *exiuissem* ξπω Reiz. Bo.: *ut cum exiissem ex aqua, arerém tamen* Kampmannvs l. c. p. 33.: sed neque formam *exiissem* neque hiatum admittere licet. Ego expectabo, dum Ritschelivs accuratiorem et pleniorem scriptu-

Digitized by Google

ram codicis Γ ab Angelo Maio inexpiabili negligentia tractati patefecerit. — Vs. 6. *similu exissem* scripsi cum *Δθρψ: sim aduexissem Θs: exissem simitu ξπω* Bo., qui praeterea mutat *iamdudum huc* [*huc* etiam in *π* legitur]: *simitu* om. *ΞΣΩ*. Quam lectionem dedi, ea optime defenditur a Kampmanno R. M. Pl. p. 34. patefacta uera mensura particulae *simītu*.

Haec habui quae de quaestione, quam tractandam hoc libello mihi proposueram, in medium proferrem. Iecit nuper Mavritivs Havptivs, coniecturas de locis Plautinis hodie cautissimum quemque in scriniis retenturum esse, donec Ritschelivs thesauros suos aperuisset. Quod si uerum est, ut uniuerse uerissimum esse facile quiuis unus concedet, ne apud homines doctos in temeritatis crimen incurram, quod nihilominus exercitationes Plautinas publici iuris fecerim, ut pauca defensionis causa addam iure a me postulari uidetur. Primum igitur hoc moneo, tantum pretium, ut omnis salus criscos inde pendeat, Ritschelianis copiis uix tribui posse: nam non adhibitis illis libris, quorum accuratissimae collationes in Ritschelii manibus sunt, nonne singuli loci iamdudum felicissime emendati sunt innumerabiles? prouoco ad Valentem Acidalivm, Ricardvm Bentleivm, Godofredvm Hermannvm, ut ex paucis VV. DD., qui adhuc in emaculandis fabulis Plautinis palmam tulerunt, pauciores afferam: quorum cum diuinatoria sagacitate ut pusillum meum, si quod est, ingenium comparem quamuis longissime absim, tamen hoc, posse in singulis locis — nam de his solis loquor — artem criticam Plautinam, si quis laboris constantiam non defugiat, aliquantum promoueri, nemo negabit. Deinde uero hodierno tempore opera Hermanni et Ritschelii, Sarsinatis poetae sospitatorum, grauissimae rationes, ad quas uerborum poetae foede deprauatorum correctio dirigenda sit, omnibus qui earum notitiam sibi comparare uolunt patent, cuius auxilii momentum tum demum recte aestimaueris, cum quam incerta et dubia antea ars si dis placet metrica Plautina fuerit animo cogitaueris. Vnus enim Reizivs facem sanioris doctrinae praetulerat: Bentleii inuenta fere in obliuionem abierant. Itaque quas rationes metricas nunc excusso libro palimpsesto Ambros. firmas esse constat, eas quod sola ingenii ui Hermannvs diu ante inuestigauit nunquam satis admirari, diuinum summi uiri ingenium nunquam satis uenerari potui. Accedit ad amoliendum a me temeritatis crimen argumentum grauius. Non decerpsi enim hinc illinc ex tota Plautinarum fabularum farragine singulos locos sine ordine delectos, quibus aut coniecturas aut quaslibet obseruationes adspergerem; sed unam strenue persecutus sum rem grammaticam, ad quam in clara luce collocandam tanta opus erat locorum multitudine, ut summa eorum, quae uolui demonstrare, tam certa ac firma esse uideatur, ut patefactis etiam Ritschelii subsidiis euerti

Digitized by Google

iam non uideatur posse: singulos autem uersus permultos esse, quos perperam constituerim, uel ad quaestionem pertinentes uel in transcursu tentatos, ipse prouideo: quis uero unquam librum uel libellum conscripsit, quin aliquas res perperam esse disputatas post ipse intellexerit?

Verum uel sic tamen hoc quidquid est commentarioli in publicum non prodisset, nisi laetissimus dies, quem omnes Seminarii Regii philologici sodales piis uotis concelebrare uolebamus, huic scriptioni ansam dedisset: gratulamur enim de die natali praeceptori optimo, quem eadem qua parentem liberi amplectimur pietate atque amore, CHRISTOPHORO GVILIELMO MITSCHERLICH: cuius felicissimi senis natalibus quae intimo pectore fouemus uota, ea supra carmine elocutus est HANSINGIVS, amicus suauissimus. Vtinam uero hoc quidquid est opellae uenerabili seni eidemque mitissimo iuuenilium periculorum arbitro non plane improbetur et ab intelligentibus iudicibus tali tantoque uiro non indignum habeatur!

Digitized by Google

ADDENDUM.

P. 15. in ann. ad us. 9. cum de *fuit* uoc. trochaeum efficiente agerem, non debebam negligere fragmentum commentarii Sisennae, uetustissimi Plauti scholiastae, seruatum apud Rufinum Antiochensem p. 2711. P. 384. Gaisf.: *Sisenna in Rudente sic: Fuit extenta* [sic enim correxit Ritschelivs de uett. Plauti interpp. p. 12. librorum lectionem *extente*] *prima syllaba metri causa.* Tractauit hoc fragm. Ritschelivs l. modo c. et „Circumspicientibus nobis, ait, in tota Rudente unus tantum locus apparuit, ad quem spectare Sisennae scholium potuerit. Est is I, 1, us. 4. sic scriptus in nostris libris omnibus:

Non uéntus fuit, uerum Álcumena Euripidi.

Quem hac potius forma legisse Sisennam oportet: *Non uéntus fuit, uérum Alcmena Euripidi.* Valde autem hoc memorabile documentum est corruptorum iam antiquissimo tempore exemplarium Plautinorum: neque enim trisyllabam formam *Alcmena* nouit poeta." Verissimum hoc: at num illud credibile, Sisennam, qui primo post Plauti aetatem saeculo uiueret et eius fabulis illustrandis operam nauaret, corrupta exemplaria manibus triuisse, et hoc concesso eundem formam *Alcmena*, si in suo exemplari repperisset, non correxisse in eam, qua sola Plautum uti solere ipse aeque bene sciebat ac nos? Itaque nisi ad alium locum Rudentis fabulae, qui aut in nostris libris corruptus aut omnino perditus est, illud scholium spectat, multo probabilius quam, ut Sisennae fidei satisfieret, Ritschelivs fecit, ego corrigere mihi uideor *fui*, ut Sisenna obseruationem illam rettulerit ad Rud. I, 3, 43 Reiz.:

Libera ego prognáta fui máxume, nequiequam fui.

Digitized by Google

INDEX LOCORUM.

Amph. prol. 125. p. 38.
I, 1, 11. 12.
I, 1, 143. 24.
I, 1, 164. 13.
I, 3, 22. 36.
I, 3, 25. 11.
II, 2, 9. 38.
II, 2, 36. 13.
II, 2, 105. 42.
II, 2, 149. 13.
II, 2, 175. 27.
III, 2, 67. 49.
IV, 3, 8. 33.
IV, 3, 15. 28.
V, 1, 26. 35.
Asin. prol. 10. 36.
I, 2, 15. 11.
I, 3, 80. 13.
II, 1, 3. 42.
II, 2, 21. 13.
II, 3, 15. 39.
II, 4, 69. 21.
III, 3, 111. 21.
III, 3, 152. 39.
V, 2, 30. 13.
V, 2, 51. 46.
Aul. I, 2, 24. 32.
II, 2, 65. 24.
II, 2, 66. 8.
II, 2, 71. 29.
II, 2, 88. 44.
II, 3, 9. 36.
II, 8, 8. 12.
II, 8, 22. 19.
III, 1, 5. 18.
III, 1, 8. 14.
III, 6, 1. 26.
III, 6, 2. 41.
IV, 4, 29. 14.
IV, 7, 10. 20.
IV, 8, 8. 32.
IV, 9, 10. 22.
IV, 9, 18. 25.
IV, 10, 18. 12.
V, 7. 45.
Capt. prol. 30. 44.
I, 1, 35. 23.
Capt. I, 2, 49. p. 36.
II, 2, 32. 29.
III, 1, 18. 11.
III, 1, 24. 28.
III, 2, 7. 36.
III, 2, 13. 12.
III, 4, 5. 42.
III, 4, 41. 29.
III, 5, 32. 40.
III, 5, 91. 43.
IV, 2, 107. 10.
V, 4, 9. 29.
V, 4, 26. 45.
Curc. arg. acrost. 1 sq. 9.
I, 2, 13. 37.
I, 2, 43. 46.
II, 3, 46. 29.
IV, 2, 44. 47.
V, 3, 4. 37.
Cas. II, 3, 19. 23.
II, 6, 41. 42.
II, 6, 55. 15.
II, 6, 62. 15.
III, 5, 9. 15.
IV, 2, 15. 32.
IV, 3, 10. 15.
IV, 3, 14. 19.
V, 2, 18. 23.
V, 3, 2. 25.
V, 4, 3. 42.
Cist. I, 1, 8. 43.
I, 2, 13. 32.
II, 3, 32. 45.
II, 3, 34. 25.
II, 3, 69. 32.
III, 10. 27.
III, 19 sq. 30.
IV, 2, 1. 26.
IV, 2, 47. 26.
IV, 2, 54. 26.
Epid. I, 1, 44. 30.
II, 2, 62. 19.
III, 1, 4 sq. 24.
III, 2, 20. 49.
IV, 2, 22. 15.
Bacch. I, 1, 17. 15.
II, 1, 2. 12.
Bacch. II, 3, 55. p. 29.
II, 3, 113. 8.
III, 4, 20. 16.
IV, 3, 13. 19.
IV, 3, 14. 15.
IV, 6, 5. 25.
IV, 8, 59. 32.
IV, 9, 9. 42.
IV, 9, 26. 39.
V, 1, 4. 22.
V, 1, 27. 39.
Most. I, 1, 9. 20.
I, 1, 24. 9.
I, 3, 28. 43.
I, 3, 55. 21.
I, 1, 28. 24.
II, 1, 40. 16.
II, 1, 72. 20.
II, 2, 4. 45.
II, 2, 55. 28.
II, 2, 77. 35.
II, 2, 78. 20.
III, 1, 11. 44.
III, 1, 27 sq. 23.
III, 2, 156. 8.
III, 3, 22. 29.
IV, 1, 23. 12.
IV, 2, 42. 30.
IV, 2, 55. 30.
IV, 2, 73. 46.
IV, 3, 37. 20.
V, 2, 33. 30.
Men. prol. 37. 33.
prol. 62. 33.
II, 2, 58. 33.
II, 3, 51. 16.
II, 3, 63. 42.
II, 3, 86. 16.
III, 1, 5. 39.
III, 3, 26. 33.
III, 3, 32. 46.
IV, 2, 85. 30.
V, 5, 54. 30.
V, 9, 53. 11.
Mil. Gl. II, 2, 8. 44.
II, 2, 22. 46.
II, 2, 56. 44.

Digitized by Google

Mil. Gl. II, 3, 44. p. 8.
II, 4, 21. 9.
II, 4, 23. 39.
II, 4, 45. 47.
II, 4, 46. 14.
II, 4, 50. 43.
II, 5, 32. 44.
II, 6, 1. 33.
II, 6, 11. 20.
II, 6, 35. 27.
II, 6, 87. 19.
III, 2, 15. 42.
IV, 4, 31. 46.
IV, 6, 7. 40.
IV, 8, 21. 29.
IV, 8, 35 sq. 16.
V, 7. 16.
Merc. I, 1, 40. 37.
I, 2, 15. 22.
I, 2, 23 sqq. 28.
II, 1, 31. 12.
II, 1, 42. 46.
III, 1, 32. 37.
III, 4, 9. 46.
III, 4, 14. 24.
III, 4, 22. 24.
IV, 3, 6. 20.
IV, 3, 10. 20.
IV, 4, 11. 25.
IV, 5, 2. 45.
V, 2, 100. 44.
V, 2, 103. 44.
V, 2, 106. 11.
V, 4, 20. 31.
V, 4, 26. 16.
Pseud. I, 3, 12. 40.
I, 3, 61. 37.
I, 3, 69. 17.
I, 4, 1. 33.
I, 5, 129. 27.
Pseud. II, 2, 28. p. 31.
II, 4, 40. 37.
III, 2, 19. 10.
III, 2, 88. 27.
IV, 1, 6. 25.
IV, 6, 28. 48.
IV, 7, 79. 10.
V, 1, 35. 23.
Poen. prol. 68. 46.
prol. 71. 34.
I, 2, 131. 35.
I, 2, 151. 17.
I, 3, 22. 35.
I, 3, 39. 15.
II, 7. 12.
IV, 2, 9. 35.
V, 5, 4. 31.
V, 6, 23. 21.
scen. ult. 5. 21.
scen. ult. 10. 42.
Pers. II, 2, 18. 32.
II, 4, 29. 47.
IV, 4, 102. 49.
IV, 7, 6. 34.
IV, 7, 11. 26.
IV, 9, 1. 21.
V, 2, 29. 22.
Rud. prol. 39. 34.
prol. 65. 47.
I, 2, 50. 47.
II, 2, 19. 39.
II, 3, 36. 47.
II, 3, 64. 47.
II, 6, 44. 12.
II, 6, 50. 49.
III, 4, 39. 31.
III, 4, 57. 8.
III, 5, 33. 44.
III, 5, 53. 14.
IV, 3, 25. 31.
Rud. IV, 3, 54. p. 41.
IV, 3, 60. 15.
IV, 4, 12. 42.
IV, 4, 87. 17.
IV, 4, 99. 17.
IV, 6, 6. 14.
IV, 8, 4. 15.
IV, 8, 15. 17.
V, 2, 2. 21.
V, 3, 23 sq. 37.
V, 3, 59. 17.
Stich. I, 3, 79. 48.
III, 1, 10. 47.
III, 2, 6. 23.
III, 2, 7. 24.
IV, 1, 3. 45.
IV, 2, 7. 46.
IV, 2, 48. 10.
IV, 2, 51. 43.
V, 5, 2. 49.
Trin. prol. 15. 36.
I, 2, 66. 13.
III, 2, 91. 31.
IV, 2, 97. 10.
IV, 2, 102. 10.
IV, 2, 150. 49.
IV, 2, 162. 41.
IV, 3, 3. 42.
IV, 3, 19. 31.
IV, 3, 74. 18.
Truc. I, 1, 26. 40.
I, 1, 32. 34.
II, 6, 57. 18.
II, 7, 21. 45.
II, 7, 57. 19.
II, 7, 59. 19.
III, 1, 9. 34.
IV, 2, 16. 23.
IV, 2, 45. 8.
IV, 4, 31. 39.

470

72 158 H C 55

Digitized by Google

Digitized by Google

Lp 26.707
Exercitationes Plavtinae.
Widener Library
004832533
3 2044 085 221 455